This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

https://books.google.com



UC-NRLF
B 4 616 356

A. Santamarina
B. 48 T. 4
No. 2

BERKELEY
LIBRARY
UNIVERSITY OF
CALIFORNIA

Digitized by Google


Digitized by Google

A. Santamarina
B. 43 T. 4
No. 2

BERKELEY
LIBRARY
UNIVERSITY OF
CALIFORNIA

Digitized by Google


Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

OFFICIA

QUÆ DE MISTERIIS

D. N. J. C. Advocationibusque BMÆ. VIRG. MARIÆ

ET ALIORUM SANCTORUM

RECITANTUR

AB UNIVERSO CLERO SÆCULARI

DIŒCESIS BONAERENSIS.

EA DISPOSSUIT ET OFFERT

VENERABILI SENATUI ET CLERO

PRESBYTER DOMUS.

JOSEPH MARIA VERA,

MAGISTER CŒREMONIARUM

SANCTÆ ECCLESIÆ CATHEDRALIS.

Superiori permissu.

In Anno Domni. MDCCCXLI.

IMPRESSUM IN TIPOGRAPHIA ARGENTINA.

Digitized by Google

Digitized by Google

BX2045
O35B9

INDEX.

Exposicion de la Sagrada Ceremonia La Reseña.....*Pág.* 1

JANUARIUS.

Fest. B. M. V. de Bethelem..... *id.* 5
22 *S. Vincenti M*..... *id.* 17
24 *Fest. B. M. V. de Pace*..... *id.* 34

FEBRUARIUS.

Fest. SSmi. Sanguinis D. N. J. C..... *id.* 42
23 *S. Petri Damiani Ep. C. et Dr*..... *id.* 61
25 *S. Sebastiani ab Aparicio C*..... *id.* 64
26 *Fest. B. M. V. de Guadalupe*..... *id.* 67

MARTIUS.

6 *S. Ollegarii Ep. et C*..... *id.* 75
11 *S. Zachariæ C. Patr. S. Joan. Btæ*..... *id.* 78
15 *S. Raymundi de Serra Ab*..... *id.* 82
16 *S. Elizabet Matr. S. Joan. Btæ*..... *id.* 87
18 *S. Brauli Ep. et C*..... *id.* 94
Offic. Quinque Plagarum D. N. J. C..... *id.* 96

APRILIS.

3 *Translatio Reliquiarum S. Rosæ V. Lim*..... *id.* 117
17 *B. Mariæ Annæ á Jesu*..... *id.* 120
24 *S. Fidelis á Simaringa C*..... *id.* 123
28 *S. Prudentii Ep. et C*..... *id.* 126

MAJUS.

22 *S. Ritæ de Casia Vid*..... *id.* 227

JUNIUS.

4 *S. Francisci de Caracciolo C*..... *id.* 128
25 *S. Gullielmi Ab*..... *id.* 131
Fest. SSmi. Cordis Jesu..... *id.* 133

JULIUS.

4 *Translatio S. Martini Ep. et C*..... *id.* 144
6 *B. Michaelis á Sanctis*..... *id.* 151
7 *S. Fermini Ep. et C*..... *id.* 154
21 *S. Camilli de Lelis C*..... *id.* *id.*
24 *S. Francisci Solani C*..... *id.* 159

AUGUSTUS.

14 *S. Hieronimi Emiliani C*..... *id.* 164
18 *S. Alphonsi Mariæ de Ligorio Ep. et C*..... *id.* 222

Digitized by Google

20 *S. Bernardi Ab. et Dr*..... *Pág.* 176
21 *S. Joannæ Franciscæ Fremiot de Chantal*..... *id.* 168
27 *S. Joseph Calasantii C*..... *id.* 171

SEPTEMBER.

6 *Octava S. Rosæ V. Lim*..... *id.* 176
17 *S. Petri Arbues M*..... *id.* 232
26 *S. Joseph á Cupertino C*..... *id.* 179
28 *B. Simonis de Roxas*..... *id.* 186

OCTOBER.

14 *S. Calixti P. et M*..... *id.* 189
21 *Ss. Ursulæ et Soc. W. et Mm*..... *id.* 191

NOVEMBER.

13 *S. Stanislai de Koscha C*..... *id.* 194

DECEMBER.

23 *B. Nicolai Factoris*..... *id.* 198

Pro Ecclesia Cathedrali ae Civitate Bonaerensi.

MAJUS.

14 *Ss. Sabini et Bonifacii Mm. Patron. Minor*..... *id.* 201

NOVEMBER.

18 *Octava S. Martini Ep. et C*..... *id.* 204

Pro Civitate Montevideo.

MAJUS.

8 *Octava Ss. Ap. Philipi et Jacobi*..... *id.* 207

Pro Civitate Santa Fee.

AUGUSTUS.

16 *S. Rochi C. Patron. Minor*..... *id.* 211

OCTOBER.

7 *Octava S. Hieronimi C. et Dr*..... *id.* 214

Pro Civitate Paraná.

Octava SSmi. Rosarii B. M. V. Patron. Principal..... *id.* 318
Suffragia Sanctorum..... *id.* 221
Disertacion Matemática sobre el tiempo que debe durar el Sacrosanto Sacrificio de la Misa..... *id.* 235

FINIS

Digitized by Google

FEE DE ERRATAS.

Página	10	*Línea*	17	*Cœlestis*	*Lege*	*Cœlesti.*
"	14	"	23	*Nostre*	"	*Noster.*
"	15	"	13	*Maria*	"	*Mariæ.*
"	25	"	12	*Mullus*	"	*Nullus.*
"	26	"	29	*Deus*	"	*Deum.*
"	28	"	17	*Ad*	"	*Ab.*
"	30	"	1	39	"	29.
"	35	"	26	*Imtio*	"	*Initio.*
"	45	"	4	*Astiterum*	"	*Astiterunt.*
"	*id*	"	6	*Dirupamus*	"	*Dirumpamus*
"	60	"	20	*Christus*	"	*Christum.*
"	65	"	12	*Sucessit*	"	*Secessit.*
"	68	"	11	*Altissime*	"	*Altissimi.*
"	75	"	16	*libi*	"	*tibi.*
"	88	"	15	*Lætere*	"	*Lætare.*
"	94	"	11	*Cetatæ*	"	*ætate.*
"	104	"	9	*cum*	"	*eum.*
"	106	"	4	*sunt*	"	*sum.*
"	107	"	14	*terra*	"	*terræ.*
"	112	"	12	*sculprilia*	"	*sculptilia.*
"	130	"	14	*serutatione*	"	*scrutatione.*
"	136	"	11	*viters*	"	*vestri.*
"	142	"	*última*	*doores*	"	*dolores.*
"	157	"	23	*adcripsis*	"	*adcripsit.*
"	162	"	20	*prædicata*	"	*prædicate.*
"	169	"	18	*viriutibis*	"	*virtutibus.*
"	172	"	25	*Sere*	"	*Feré.*
"	217	"	22	*oomplementum*	"	*Complementum.*

Digitized by Google

Digitized by Google

LA RESEÑA.

ORIGEN Y SIGNIFICACION DE LA SAGRADA CEREMONIA DE LA RESEÑA, SACADA A LUZ POR EL LICENCIADO D. FELIPE DE LA TORRE, SACRISTAN MAYOR DE LA PARROQUIA DE SAN SEBASTIAN.

Tuvo su orígen, ó principio en la Gentilidad; cuando moria algun Capitan General que habia triunfado de sus enemigos. Sacaban el Estandarte de la Victoria, y postrados en tierra los Soldados; el cabo mas digno lo batia sobre todos en señal de sentimiento. Asi la Iglesia en la muerte de Nuestro Redentor hace sentimiento sacando el Estandarte Real de la Cruz, en que triunfó del enemigo del género humano: *In ligno quoque vinceretur:* quitándole la presa que de él habia hecho por el pecado: *Tulitque prædam Tartari* cantando el Himno *Vexilla Regis:* y dando á entender los misterios de su significacion en las demostraciones que ejecuta.

El ser negra la Bandera: significa las tinieblas y obscuridad que padeció la tierra en la muerte de Christo Nuestro Señor. *Tenebræ factæ sunt super universam terram.*

La Cruz roja en la Bandera: significa que por la sangre que derramó Christo Nuestro Señor se lavaron nuestras manchas contrahidas por la culpa: *ut nos lavaret sordibus manavit unda et sanguine.*

El ponerla en el Altar delante del Sagrario: significa el Verbo Eterno en el seno del Padre, dispuesto para bajar á redimirnos: *E sinu Patris Mundi salus advenerit.*

El salir los Prebendados del Coro cubiertos desde la cabeza hasta los pies: la obscuridad, que tuvo el Mundo desde la cabeza Adan hasta sus hijos: *Sedentes in tenebris et umbra mortis.*

Digitized by Google

El salir el Signifero del Cuerpo del Cabildo en el mismo trage: el Verbo Eterno, que vestido de nuestra propia naturaleza salió á redimirnos: *Formam servi accipiens.*

El bajar el Estandarte del Altar: la venida del Verbo saliendo del seno del Padre al Mundo á padecer: *Exivit á Patre, et venit in Mundum.*

El incarse de rodillas los Prebendados y todos los que se hallan presentes, la reverencia con que se debe venerar su venida.

El tocar primero con el Estandarte la Ara del Altar: que del Ara de la Cruz tuvo el Mundo su remedio.

El tocar con el Estandarte 1.° el lado del Evangelio, y 2.° el de la Epístola: el llamamiento á los Pueblos Hebreo y Gentil.

El batirlo delante del Altar: la noticia de su venida por los Profetas y Sibilas.

El tocar sobre sus hombros el Signifero el Estandarte: cargar sobre los suyos Christo Nuestro Señor nuestras culpas: *Peccata ntra. portavit super humeros suos.*

El volverse al Pueblo desde la Superior grada del Altar, y batirlo allí: el llamamiento del Pueblo Hebreo, dándose á conocer por milagros y señales: *Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso:* y no lo quisieron recibir: *et sui eum non receperunt.*

El bajar las gradas, y venir á los Prebendados: apartarse del Pueblo Hebreo, y venir al Gentílico: *auferetur á vobis Regnum Dei et dabitur &c.*

El postrarse los Prebendados en tierra poniendo las espaldas debajo del Estandarte: la obediencia con que recibieron sobre ellos el yugo suave de la ley.

El levantarse y descubrirse quitándose el capùz; que por medio de haberlo recibido, se levantó el género humano caido por la culpa, y desterrando las tinieblas de su ceguedad, les alumbró la luz del Evangelio: *sedentibus in tenebris lux orta est eis.*

El ser cinco las reseñas: las cinco edades que estuvo el Mundo sin el conocimiento de Christo Nuestro Señor. La primera desde Adan hasta Noe: la segunda desde Noe hasta Abrahan:

Digitized by Google

la tercera desde Abrahan hasta Moyses: la cuarta desde Moyses hasta David: la quinta desde David hasta el Nacimiento de Christo Nuestro Señor.

Las cinco llagas, que como fuentes purísimas lavaron las culpas de los cinco sentidos: *lavit nos á peccatis nostris in sanguine suo.*

Los golpes de campana, que se dan al tiempo de la reseña, significan el sentimiento de la Iglesia por la muerte de su esposo Nuestro Redentor, y convoca al Pueblo para que asista á contemplar tan sagrados Misterios.

Todos los fieles Cristianos, que asistan á esta Sagrada Ceremonia ganan muchas indulgencias parciales.

El Illmo. Señor Obispo Diocesano Dr. D. Mariano Medrano y Cabrera concede las indulgencias siguientes—

40 Dias por la asistencia á esta Sagradá Ceremonia, que se celebra en los dias Sábado y Domingo de Pasion: Sábado y Domingo de Ramos, y el Miércoles Santo: en todos estos dias á las Vísperas.

40 Dias por cada vez, que durante esta Sagrada Ceremonia, se diga esta Jaculatoria.

Adoramoste Christo, y bendecimoste que por tu Santa Cruz redimiste el Mundo.

40 Si al fin se reza el Credo.—

A los Señores Sacerdotes tambien se les concede 40 dias por cada verso del Hymno *Vexilla*

FIN.

Digitized by Google

Digitized by Google

DOMINICA TERTIA.

POST EPIPHANIAM.

OFICIUM BEATISSIMÆ VIRGINIS MARIÆ DE BETHLEHEM.

DUP. MAJ.

AD VESPERAS.

Antiph. Ascéndit Joseph a Gàlilæa de Cívitâte Názareth in Judæam, in Cívitâtem Davíd, quæ vocâtur Bethlehem, ut profiterêtur cum María.

Psalmi consueti de S. Maria, ut in ejus Officio parvo.

Antif. Complèti sunt dies Maríæ, ut páreret Fílium suum prímogènítum, & pannís eum invòlvit, & reclinâvít eum in Præsèpio.

Antif. Transeâmus usque Bethlehem, & videâmus hoc verbum, quod factum est, quod Dóminus osténdit nobis.

Antif. Et venérunt festinántes: & invenérunt Marîam, & Joseph, & Infântem pòsitum in Præsépio.

Antif. Marîa autem conservâbat òmnia verba hæc, cònferens in corde suo.

Capitulum Eccli. 24.

EGO quasi vitis fructificávi suavitâtem odôris, & flores mei fructus honôris, & honestâtis. Ego Mater pulchræ dilectiônis, & timôris, & agnitiônis & sanctæ Spei. ℟. Deo grátias.

Hymn. Ave Maris Stella.

℣. Post Partum Virgo inviolâta permansísti.

℟. Dei génitrix intêrcede pro nobis.

Digitized by Google

Ad Magnificat Antihpona.

O admirábile commércium! Creâtor genéris humani, animâtum corpus sumens, de Vírgine nasci dignâtus est: & procedéns homo sine sémine largîtus est nobis suam deitâtem.

ORATIO.

DEUS, qui pro nobis ex intácto Btæ. Mariæ Virginis útero Bethlehem nasci voluìsti, tríbue quæsumus, ut ad pércipiendum reparatiônis nostræ fructum, Genîtricis tuæ mèritis ac précibus adjuvêmur. Qui vívis &c.

Commemoratio Dóminicæ.

Antif. Suscêpit Deus Israël puerùm suum: sicut locûtus est ad Abraham, & semen ejus: exaltâre húmiles usque in sæculum.

℣. Vespertína oratio ascendat ad te, Dòmine.

℟. Et descéndat super nos miserieórdia tua.

ORATIO.

OMNIPOTENS sempitérne Deus, infirmitâtem nostram propítius réspice: atque ad protegéndum nos dextéram tuæ majestátis exténde. Per Dóminum.

Ad Completorium, & alias Horas, in fine omnium Hymnorum dicitur, Jesu tibi sit glória, qui natus es de Vírgine.

AD MÁTUTINUM.

Invitatorium.

Sancta Marîa Dei Génitrix Virgo * Intercéde pro nobis.

Psalm. Venîte, exultêmus.

Hymno. Quem terra pontus, sidera.

IN PRIMO NOCTURNO.

Antif. Benedícta tu in muliéribus, & benedíctus fructus véntris tui.

Digitized by Google

Psalm. Dómine Dóminus noster, *cum reliquis ut in ejus Oficio parvo.*

Ãna. Sicut myrrha elécta odôrem dedísti suavitâtis sancta Dei génitrix.

Ãna. Benedícta filia tu á Domino: quia per te fructum vitæ communicávimus.

℣. Spêcie tua, & pulchritúdine tua.

℟. Inténde, próspere procêde & regna. Pater noster.

Absolutio. Exáudi Dómine.

℣. Jube domne benedícere.

Bened. Benedictône perpétua benedîcat nos Pater ætérnus.

℟. Amen.

De Canticis Canticorum.

Lectio 1. *Cap.* 2.

EGO flos campi, & lilíum convállium. Sicut lilíum inter spínas, síc amíca mea inter filias. Sícut malus ínter lígna sylvârum, síc diléctus meus ínter filíos. Sub umbra illîus, quem desideráveram, sedi; & fructus ejus dúlcis gústuri meo. Introdûxit me in cellam vinâriam, ordinávit in me charitâtem. Fúlcite me flóribus, stípate me malis, quia amôre láugueo. Læva ejus sub cápite meo, & dextéra illîus amplexâbitur me. En diléctus meus lóquitur míhi: Surge, própera amíca mea, columba mea, formósa mea, & veni. Jam enim hyems transíit, ímber abíit, & recéssit. Flores apparuérunt in terra nostra, témpus putatiônis advenit: Vox túrturis audita est in terra nostra; ficus prótulit grossos suos: víneæ floréntes déderunt odôrem suum. Tu autem Dómine.

℟. O magnum mystérium, & admirábile sacraméntum, ut ánimalía vídérent portáre Dóminum natum, jacéntem in præsépio! * Beâta virgo, cujus víscera meruérunt portâre Dóminum Christum.

℣. Ave Marîa grátia plena, Dóminus tecum. Beâta virgo.

Bened. Unigénitus Dei Fílius.

Digitized by Google

LECTIO II.

SURGE amíca mea, speciósa mea, & veni, columba mea in foramínibus petræ, in cavérna macériæ: osténde mihi fáciem tuam, sonet vox tua in áuribus meis: vox enim tua dulcis, & fácies tua décora. Cápite nobis vulpes párvulas, quæ demoliúntur víneas: nam vinea nostra floruit. Diléctus meus mihi, & ego illi, qui páscitur inter lilia, donec aspíret dies, & inclinentur umbræ. Revértere: símilis esto, dilécte mi, cápræ, hínnuloque cervórum super montes Bether. Adjúro vos, filiæ Jerúsalem, per cápreas cérvosque campórum, ne suscitétis, neque evigilâre faciâtis, diléctam, quoadúsque ipsa velit. Quæ est ista, quæ ascéndit per desértum, sicut vírgula fumi ex aromátibus myrrhæ, & thuris, & univérsi púlveris pigmentârii?

℟. Confirmâtum est cor Vírginis, in quo divîna mystéria Angelo nuntiánte concêpit: tunc speciôsum forma præ filiis hóminum castis suscépit viscéribus: * Et benedícta in ætérnum, Deum nobis prótulit, & hóminem.

℣. Dómus púdici péctoris, templum repénte fit Dei, intácta nésciens virum, verbo concépit Fílium. Et benedícta in ætérnum.

Bened. Spíritus Sancti grátia.

LECTIO III.

EN léctulum Salomônis sexagínta fortes ámbiunt ex fortíssimis Israel. Omnes tenéntes gládios & ad bella doctíssimi: uniuscujúsque encis super femur suum propter timôres noctúrnos. Férculum fécit sibi Rex Sálomon de lignis Libani: colúmnas ejus fecit argénteas, reclinatórium áureum, ascénsum purpúreum: média charitáte constravit propter filias Jerúsalem. Egredímini, & vidéte filiæ Sion Regem Salomônem in diadémate, quo coronâvit illum mater sua in die desponsatiônis illîus, & in die lætítiæ cordis ejus. Quam pulchra es amíca mea, quam pulchra es! Oculi tui columbârum, absque eo quod intrinsecus latet: Capílli tuí sicut greges caprârum, quæ ascénderunt de monte

Digitized by Google

Galaad. Duo ûbera tua, sicut duo hínnuli cápreæ gémelli, qui pascúntur in líliis.

℟. Benedícta, & venerábilis es Virgo María, quæ sine tactu pudôris invénta es Mater Salvatôris: * Jacêbat in Præsépio, & fulgêbat in Cœlo.

℣. Dómine, audívi audîtum tuum, & timui, considerávi ópera tua, & expávi: in médio duorôm animálium. Jacébat. Gloria Patri. Jacébat in Præsépio.

IN SEGUNDO NOCTURNO.

Aña. Spetiôsa facta es, & suâvis in delíciis tuis, sancta Dei Génitrix.

Aña. Pulchriôra sunt úbera tua vino, & odor vestimentôrum tuôrum super omnía arómata.

Aña. Sicut lætántium ómnium nostrum habitátio est in te, sancta Dei Génitrix.

℣. Adjuvábit eam Deus vulto suo.

℟. Deus in médio ejus non commvébitur. Pater noster.

Absolutio Ipsîus piétas.

℣. Jube domne benedícere.

Benedítio. Deus Pater omnipontens sit nobis propítius & clemens.

℟. Amen.

SERMO SANCTI LEONIS PAPÆ,

Sermo 1. *de Nativitate Domini.*

LECTIO IV.

VIRGO regia Davídicæ stirpis elígitur, quæ sacro gravidánda fœtu, divinam humânamque prolem prius concíperet mente, quam córpore: & ne supérni ignâra consílii ad inusitâtos pavêret affâtus, quod in ea operándum erat á Spíritu Sancto, collóquio discit Angélico, nec damnum credit pudôris, Dei génitrix mox futûra. Cur enim de concéptiônis novitâte desperet, cui efficiéntia de Altíssimi virtûte promíttitur? Confirmâtur credéntis fides etiam præeuntis

Digitized by Google

attestatiône miraculi, donáturque Elísabeth inopinâta fœcúnditas, ut qui concéptum déderat stérili, datûrus non dubitarêtur, & virgini. Verbum ígitur Dei Deus, Dei filius, qui in princípio erat apud Deum, per quem facta sunt ómnia, & sine quo factum est nihil, propter liberandum ab ætérna morte hóminem, fáctus est homo.

℟. Beâta víscera Maríæ Vírginis, quæ portavérunt ætérni Patris Fílium: & beâta úbera, quæ lactavérunt Christum Dominum: * Qui pro salûte mundi de Vírgine nasci dignâtus est.

℣. Dies sanctificâtus illúxit nobis: venîte Gentes, & adorâte Dóminum. Qui pro salúte.

Bened. Christus perpétuæ,

Serm. 2. de Nativ. Dom. Lectio v.

LECTIO V.

ADVENIENTIBUS ergo tempóribus dilectîssimi, quæ redemptióni hóminum fúerant præstitúta, ingreditur hac ínfima Jesus Christus Dominus noster, de cælêstis sede descéndens, & á pátérna glória non recedéns, novo órdine, nova nativitâte generâtus. Novo órdine, quia invísibilis ín suis, visîbilis factus est in nostris: incomprehensíbilis, vóluit comphréndi: ante tèmpora manens, esse cœpit ex témpore. Universitâtis Dominus servîlem fórmam obumbrâta mâjestatis dignitâte suscépit. Impassíbilis Deus non dedignâtus est homo esse passibílis, & immortâlis mortis légibus subjacére. Nova autem nativitâte génitus est, concéptus á vìrgine, natus ex vîrgine, sine patérnæ carnis concupiscéntia sine matérnæ integritâtis injúria: quia futûrum hòminum Salvatórem talis ortus decêbat, quí & in se habéret humánæ susbtántiæ natúram, & humánæ carnis inquinaménta nescîret. Author enim in carne nascénti Deus est, testánte Archángelo ad Beâtam Marîam Vírginem: Quia Spirítus sanctus superveniét in te, & virtus Altissimi obumbrâbit tibi: ideòque quod nascétur ex te sanctum vocábitur filius Dei.

Digitized by Google

℟. Nesciéns mater virgo virum, pepérit sine dolóre. * Solvatórem sæculórum, ipsum Regem Angelôrum, sola Virgo lactâbat úbere de Cœlo pleno.

℣. Dómus púdici péctoris templum repénte fit Dei: intácta nesciéns virum, verbo concépit Filium. Salvatôrem Sæculòrum.

Bened. Ignem sui amóris.

LECTIO VI.

Origo dissímilis, sed natúra consímilis: humáno usu & consuetúdine, quod crédimus, caret, sed divîna potestâte subníxum est, quod virgo concéperit, quod virgo pepérit, virgo permánserit. Non hic cogitêtur pariéntis condítio, sed nascéntis arbítrium, qui sic homo natus est, ut volébat, & póterat. Si veritâtem quæris, humánæ natûræ cognósce matériam: si ratiônem scrutâris oríginis, virtûtem confitére divînam. Venit enim Dóminus Jesus Christus contágia nostra auférre, non pérpeti; nec succûmbere vitiis, sed medéri. Venit, ut omnem languôrem corruptiónis, & univérsa vulnera sordéntium curáret animárum: propter quod opórtuit, ut novo nascerêtur ôrdine, qui novam impollútæ sinceritâtis grâtiam humânis corpóribus inferébat. Opòrtuit enim, ut primam Genitrîcis integritâtem nascens incorrúptio custodîret, & complácitum sibi claustrum pudôris, & sanctitâtis hospítium, divíni Spíritus virtus infûsa servàret, quæ statûerat dejécta erígere, confrácta solidàre, & superândis carnis illecèbris, multiplicâtam pudicìtiæ donàre virtûtem: ut virgínitas, quæ in áliis non póterat salva esse generándo, fieret in áliis imitábilis & confitèndo, & renascéndo.

℟. Beatíssima Virgo Marîa, Hortus conclûsus, Fons signâtus, Regîna Angelôrum Dómina mundi. * Per quam Deus déscendit in terras, ut hòmines ascéndere mererêntur ad cœlos.

℣. Ad te clamâmus éxules filii Evæ: recordâre nostri santísima Virgo. Per quam Deus.

Glória Patri. Per quam.

Digitized by Google

TERCERO NOCTURNO.

Aña. Gáude Marîa Virgo cunctas hæreses sola interemísti in univérso mundo. Salm. Cantâte Domino.

Aña. Pulchra es & decôra, filia Jerúsalem, terríbilis ut castrôrum ácies ordinâta.

Aña. Post partúm virgo inviolâta permánsisti, Dei Gènitrix intercêde pro nobis.

℣. Elêgit eam Deus, & præelêgit eam.

℟. In tabernáculo suo habitâre facit eam. Pater noster.

Absolut. Aviñculis.

℣. Jube domne benédicere.

Bened. Evangèlica lectio.

Lectio Sancti Evangélii secundúm Lúcam.

LECTIO VII.

Cap. 2.

IN illo tèmpore: Pastòres loquebántur ad ìnvicem: Transeâmus usque Bethlehem, & videâmus hoc verbum, quod fáctum est, quod Dòminus osténdit nobis. Et rèliqua.

Homilîa S. Ambròsi Epíscopi.

Lib. 2 in cap. 2 Luc. circa med.

VIDES festinâre Pastóres, nemo enim cum desìdia Christum requîrit. Vides pastóres Angelo credidísse: & tu Patri, Fílio, Spirìtui Sancto, Angelis, Prophétis, & Apòstolis crede. Vide, quam signâte Scriptúra singulôrum libret moménta verbôrum. Festìnant, ínquit, verbum vidêre. Etenim cum caro Dómini vidêtur, Vêrbum videtur quod est, Fìlius.

℟. Benedìcta filia tu á Dómino, quia per te frúctum vitæ communicábimus. * Sola sine exèmplo placuîsti Dómino nostro Jesu Christo.

℣. Nostras deprecatiónes ne despícias in necesitátibus nostris, & á periculis cunctis lìbera nos sancta Dei Gènitrix. Sola sine.

Digitized by Google

Bend. Cujus Festum còlimus ipsa Virgo Virgínum Intercédat.

LECTIO VIII.

NON mediòcre fidei tibi hoc videâtur exémplum, non vilis persóna pastôrum. Certe quo vilior ad prudéntiam, eo pretiôsior ad fidem. Non gymnásia choris referta sapiéntum, sed plebem Dóminus símplicem requîsivit, quæ phalerâre audîta, & fucâre nescîret. Simplícitas enim quæritur, non ambítio desiderâtur. (*) Nec contemnénda putes quasi vilia verba Prophetârum. Á pastóribus etiam Marîa fidem còlligit. Á pastòribus pópulus ad Dei reveréntiam congregâtur. Miráti enim sunt de iis, quæ dicebántur á pastóribus ad ipsos. Marîa autem conservâbat omnia verba hæc, cónferens in corde suo. Discâmus sanctæ Vírginis in òmnibus castitâtem, quæ non minus ore pudica, quam córpore, arguménta fidei conferébat in corde.

℟. Beâta es Marîa Dei Génitrix, patróna: & auxiliâtrix nostra, & omni laude dignissima.

* Ex qua órtus est Sol justítiæ Christus Deus noster, per quem salvâti & redénti sumus.

℣. Ipsa est stella ex Jacob, cujus rádius univèrsum orbem illúminat.

Ex qua órtus. Glória Patri.

Ex qua ortus est sol justiciæ.

Bened. Per Evangélica dícta.

Lectio Sancti Evangélii secúndum Matthæum.

LECTIO IX.

Cap. 8.

IN illo tèmpore: Cùm descendísset Jesus de monte secútæ sunt eum turbæ multæ: & ecce leprôsus véniens, adoràbat eum. Et réliqua.

Homilîa S. Hierónymi Presbiteri.

(*) *Si Officium transferri contingat, Lictio IX incipitur ab iis verbis* Nec contemnénda.

Digitized by Google

Lib. 1 *Comment. in Cap.* 8 *Matth.*

De monte Dómino descendénte, occúrrunt turbæ, quia ad altiôra ascéndere non valuérunt. Et primus ei occurrit leprôsus: nec dum enim póterat cum lepra tam multiplicem in monte Salvatôris audîre sermônem. Et notándum, quód hic primus speciáliter curàtus sit: secúndo puer Centuriônis: tértio, sócrus Pétri fèbriens in Caphárnaum: quarto loco, qui obláti súnt ei á dæmónio vexàti: quorum spíritus verbo ejiciêbat, quando & omnes malé habéntes curàvit.

Te Deum Laudàmus.

AD LAUDES & per HORAS.

Aña. Beàta es virgo María Dei Génitrix, quæ credidisti Dòmino perfécta sunt in te, quæ dicta sunt tibi.

Dóminus regnàvit &c.

Aña. Beàta vìscera Maríæ Vírginis, quæ portavérunt ætèrni Patris Fìlium, & beàta ùbera, quæ lactavérunt Christum Dóminum.

Aña. Rubum, quem vìderat Móyses incombùstum, conservàtam agnòvimus tuam laudábilem virginitàtem, Dei Génitrix intercêde pro nobis.

Aña. Germinàvit radix Jesse, orta est stella ex Jacob, Virgo pepérit Salvatorem: Te laudàmus Deus nostre.

Aña. Ecce María génuit nobis Salvatòrem, quem Joánnes vídens exclamávit, dicens: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccàta mundi.

CAPITULUM. *Eccli.* 24.

Ego quasi vitis fructificávi &c.

Hymn. O Gloriósa Virginum.

℣. Benedìcta tu in muliéribus.

℟. Et benedíctus fructus ventris tui.

AD BENEDICTUS *Aña.*

Quando natus es ineffábíliter ex virgine; tunc impltêæ

Digitized by Google

sunt Scriptúaræ: Sicut pluvia in vellus descéndisti, ut salvum fáceres genus humánum. Te laudámus Deus noster.

Oracion. Deus qui pro nobis.

Commem. Dominicæ.

Añ. Cum descéndisset Jesus de monte, ecce leprósus veniens adorábat eum dícens: Dómine, si vis, potes me mundáre: & exténdens manum tétigit eum, dicens: Volo, mundáre

℣. Dóminus regnávit, decórem induit.

℟. Induit Dóminus fortitúdinem. & præcínxit se virtúte.

ORATIO.

Omnipotens sempiterne.

Ad Primam in ℟. *br. dicitur.*

℣. Qui natus es de María Vírgine.

Añ. Beáta viscera María.

AD TERTIAM.

Capitulum. Ego quasi vitis.

℟. *br.* Spécie tua, &. pulchritúdine tua. Spécie tua.

℣. Inténde, próspere procéde, & regna. Et pulchritudine. tua Glória Patri. Spécie tua.

℣. Adjuvábit eam Deus vultu suo.

℟. Deus in medio ejus non commovébitur.

AD SEXTAM.

Añ. Rubum, quem víderat.

CAPITULUM. *Eccl.* 24.

TRANSÍTE ad me omnes, qui concupíscitis me, & á generátionibus meis implémini. Spíritus meus super mel dulcis, & hæréditas mea super mel & favum. Memória mea in generatiónes sæculórum. ℟. Deo grát.

Digitized by Google

℟. *br.* Adjuvàbit eam, * Deus vultu suo. Adjuvàbit eam.

℣. Deus in medio ejus non commovèbitur. Deus. Glória Patri. Adjuvàbit eam, Deus vultu.

℣. Elégit eam Deus, & præelègit eam. ℟. In tábernaculo suo habitàre facit eam.

AD NONAM.

Añа. Ecce Marìa.

CAPITULUM. *Eccl.* 24.

QUI audit me, non confundètur, & qui operántur in me, non peccábunt. Qui elúcidant me, vitam ætérnam habébunt.

℟. *br.* Elégit eam Deus, * & præelègit eam. Elègit.

℣. In tabernáculo suo habitàre facit eam. Et prælégit. Glória Patri. Elègit.

℣. Diffûsa est grátia in lábiis tuis.

℟. Proptéreá benedixit te Deus in ætérnum.

Ad Vesperas, Antiphonæ, Psalmi, Capitulum & Hymnus, ut in prim. Vesperis.

℣. Dignàre me, laudàre te, Virgo sacràta.

℟. Da mihi virtùtem contra hostes tuos.

Ad Magnificat.

Añа. Ave Cleméntiæ Mater, consolátrix afflictòrum, salus infirmòrum. Tu glória Jerúsalem, tu lætítia Israël, tu honorificéntia pópuli nostri. O Marîa Virgo prudentíssima ora pro nobis Intercède pro nobis ad Dóminum.

ORATIO.

Deus, qui pro nobis.

Commem. Dominicæ.

Añа. Dómine, si vis, potes me mundàre: & ait Jesus: Volo, mundàre.

℣. Dirigàtur Dómine oràtio mea. ℟. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

ORATIO.

Omnipotens sempitérne.

Digitized by Google

DIE XXII. JANUARII

IN FESTO

SANCTI VINCENTII

LEVITÆ, ET MARTYRIS,

DUPLEX SECUNDÆ CLASSIS

CUM OCTAVA.

Omnia de Commúni uniús Mártyris non Pontíficis, primo loco, prætèr seqüéntia.

AD VÉSPERAS.

Ant. Dóminus dedit mihi línguam erudìtam, ut sciam sustentáre eum, qui lassus est verbo. *(Isai. 50 v. 4.)*

Ant. Replétus sum fortitúdine Spíritùs Dómini, ut anúntiem Jacob scelus suum. *(Mich. 3, 8.)*

Ant. Sapièntia et fortitúdo Dómini sunt: tibi, Deus, confíteor, quià dedísti mihi. *(Dan. 2, 20, 23.)*

Ant. Dedit mihi Dóminus sciéntiam sanctorum, et honestávit me in labóribus *(Sap. 10, 10.)*

Ant. Certámen forte dedit mihi Dóminus, ut vínce-rem, et scirem, quoniàm òmnium poténtior est sapiéntia. *(Sap. 10, 12.)*

Capitulum. Sap. 10.

Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei, et dedit illi sciéntiam sanctórum: in frau-de circumveniéntium illum áffuit illi, descendítque cum illo in fóveam, et in vínculis non derelíquit illum.

Digitized by Google

HYMNUS.

PARTAS horrífico suplícii modo
Palmas, atque decus Mártyris ìnclyti
Festívo résonent cármine péctora,
Exultantia gáudio.
Cessérunt fúriæ, cessit atrócitas
Illaudáta feri júdicis, ìgnium,
Vincénti, rábies fugit, abest procúl
Cædis triste perículum.
Trudúntur rápidis sæcula sæculis,
Et cursu révolant irrevocábili,
Stat, sempérquè sacris stabit honóribus
Laus immobilior tua.
Te, lucénte polo, donèc eant dies,
Laudábunt homines, plaúsibus æthere
Responsábit ovans cœtus, et aúrea
Numquàm plectra siléntia.
Summâ laude Pater, Natus et únicus,
Dicátur páritèr Nexus amábilis,
Indivísa manens Númine Trínitas
Nunc, olìm, sinè término. Amen.

℣. Fuit magnus secúndùm nomen tuum;
℟. Máximus in salútem electórum Dei. *(Eccli.* 46, 1, 2.)

AD MAGNIFICAT.

Ant. Cum transíeris per aquas, tecum ero, et flúmina non opérient te; cum ambuláveris in igne, non comburéris, et flamma non ardébit in te. *(Isai.* 43, 2.)

ORATIO.

DA nobis, quæsumus, omnípotens Deus, advérsa mundi invictâ mentis constántiâ toleráre, qui beátum Levítam Vincéntium nec minis terréri, nec pœnis passus es superári; Per Dóminum nostrum....

Digitized by Google

AD MATUTINUM.

INVITATORIUM.

Beátus Vincéntius Christi Martyr triúmphat coronátus in cœlis: * Venite, adorémus Dóminum.

HYMNUS.

DELASSÁTA senis língua Valérii
Quæ proférre néquit, dógmata núntians,
Certo martyrio non tímido pede
It Vincéntius òbviam.
Sectus sanguíneo vérbere tráditur
Mactándus fídibus discruciántibus:
Inténsis váriat carnificis furor
Instruménta dolóribus.
Prunnis suppósitis, cráteque férreâ
Vim perférre diú cógitur ìgneam,
Quam solùm váleat sancta repéllere
Ardens péctore cháritas.
Uncis viva caro scínditur úngulis,
Candéntes rénovant vúlnera lâminæ,
Dejéctum píceis in spécubus premunt
Testæ corpus acúleis.
¿Vis audìre novum supplícii genus?
Sic fessum thálamo purpúreo locant
Inter delícias, sértaque flôrea;
Nec constántia frángitur.
Summâ laude Pater, Natus et únicus,
Dicátur páriter Nexus amábilis,
Indivìsa manens Númine Trinitas
Núnc, olím, sinè término. Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. Factus es suscéptor meus, Dómine, et refúgium meum in die tribulatiónis meæ. *(Ps. 58, 17.)*

Digitized by Google

Ant. In quocúmque loco fuéris, Dómine, sivè in morte, sivè in vita, ibì erit servus tuus. *(2 Reg.* 15, 21.*)*

Ant. Magnificábitur Christus in córpore meo sivè per vitam, sivè per mortem. *(Phil.* 1, 20.*)*

℣. Fuit magnus secúndùm nomen súum;

℟. Máximus in salútem electórum Dei. *(Eccli.* 46, 1, 2.*)*

De libro Apocalypsis beáti Joánnis Apóstoli.

Lectio I. *Cap.* 2, *et* 3.

HÆC dicit, qui tenet septem stellas in déxtera sua, qui ámbulat in médio septem candelabrórum aureórum; Scio ópera tua, et labórem, et patiéntiam tuam, et quià non potes sustinére malos: et tentásti eos, qui se dicunt Apóstolos esse, et non sunt: et invenísti eos mendáces: et sustinuísti proptèr nomen meum, et non defecísti. Qui habet aurem, aúdiat quid Spíritus dicat: Vincénti dabo édere de ligno vitæ, quod est in paradíso Dei mei. Hæc dicit primus, et novíssimus, qui fuit mórtuus, et vivit: Scio tribulatiónem tuam, et paupertátem tuam, sed dives es: et blasphemáris ab his qui se dicunt Judæos esse, et non sunt, sed sunt synagòga Sátanæ. Nihil horum tímeas quæ passúrus es. Esto fidélis usquè ad mortem, et dabo tibi corónam vitæ. Tu autem....

℟. E cœlo membra ista possídeo, *Sed proptèr Dei leges nùnc hæc ipsa despício, quóniàm ab ipso ea me receptúrum spero.

℣. Ego non solùm alligári, sed et mori parátus sum proptèr nomen Dómini Jesu. *Sed proptèr Dei.. .*(2 Mach.* 7, 11, *Act.* 21, 13.*)*

Lectio II.

HÆC dicit qui habet rhomphéam utráque parte acútam: Scio ubì hábitas, ubi sedes est Sátanæ: et tenes nomen meum, et non negásti fidem meam. Vincénti dabo manna abscónditum, et dabo illi cálculum candidum: et in cálculo nomen novum scriptum, quod nemo scit, nisi qui

Digitized by Google

áccipit. Et hæc dicit Fílius Dei, qui habet óculos tamquàm flammam ignis, et pedes ejus símiles aurichálco: Novi ópera tua, et fidem, et charitátem tuam, et ministérium, et patiéntiam tuam, et ópera tua novíssima plura prioribus. Qui vicerit, et custodierit usque in finem ópera mea, dabo illi potestátem supèr Gentes, et reget eas in virga férrea, et tamquàm vas fíguli confringéntur, sicút et ego accépi à Patre meo: et dabo illi stellam matutínam. Tu autem....

℟. Angústiæ sunt mihi ùndiquè: *Mélius est mihi absquè ópere incídere in manus vestras, quàm peccáre in conspéctu Dómini.

℣. Víncula et tribulatiónes me manent; sed nihil horum véreor. *Mélius est.....(*Dan.* 13, 22, 23, *Act.* 20, 23, 24.)

Lectio III.

Qui habet septem Spíritus Dei, et septem stellas, hæc dicit: Scio ópera tua; esto vígilans et confírma cétera, quæ moritúra erant. Qui vícerit, vestiétur vestiméntis albis, et non delébo nomen ejus de libro vitæ, et confitébor nomen ejus coràm Patre meo, et coram Angelis ejus. Et Sanctus, et Verus hæc dicit: Scio ópera tua, et dedí coràm te óstium apértum, quod nemo potest claúdere; quia habes virtútem, et servásti verbum meum, et non negásti nomen meum. Fáciam ut de synagóga Sátanæ veniant, et adórent antè pedes tuos, et scient quia ego diléxi te. Quóniàm servásti verbum patiéntiæ meæ, et ego servábo te ab hora tentatiónis, quæ ventúra est in orbem univérsum. Tene quod habes, ut nemo accípiat corónam tuam. Qui vícerit, fáciam illum colúmnam in templo Dei mei, et scribam super eum nomen Dei mei, et nomen civitátis Dei mei novæ Jerúsalem, et nomen meum novum. Et hæc dicit Amen, Testis fidélis et verus, qui est princípium creatúræ Dei: Qui vícerit, dabo ei sedére mecum in throno meo, sicut et ego vici, et sedi cum Patre meo in throno ejus. Tu autem....

℟. Dómine, qui habes sanctam sciéntiam, manifésté

Digitized by Google

tu scis, quià, cùm à morte possem liberâri, *Duros córporis sustíneo dolóres: secúndùm ánimam verò proptér timórem tuum libéntèr hæc pátior.

℣. Pátior sed non confúndor: scio cui crédidi. *Duros córporis....Glória Patri....Duros córporis....(2 *Machabæor.* 6, 30, 2, *Tim.* 1, 12.)

IN II. NOCTURNO.

Ant. Stetit contra reges horréndos in portëntis, et signis. (*Sap.* 10, 16.)

Ant. Torménta suscépit; ita ut miraréntur, quòd tamquàm níhilum dúceret cruciátus. (2 *Mach.* 7, 8, 12.)

Ant. Probávit me Dóminus quasi aurum, quod per ignem transit. (*Job.* 23, 10.)

℣. Si consístant advérsùm me castra, non timébit cor meum.

℟. Si exúrgat advérsùm me prælium, in hoc ego sperábo. (*Ps.* 26, 3.)

LECTIO IV.

Ex SS. Aug. et Leon. Serm. de S. Vinc.; ex Prudent. Carm. 5 *et Act. ap. Ruinart.*

VINCÉNTIUS Martyr ille exímius, quem Paulínus Hispaniárum vocat decus et ornaméntum; quem devótis ádeò Augustínus cóluit obséquiis, ut sermónibus quinque laudes ejus díxerit; quem hymnis, et carminibus Prudéntius cécinit Mártyrem toto terrárum orbe celebérrimum, Oscæ in Hispánia citerióre nóbili ortus génere, Valério Cæsaraugustáno Epíscopo, máximæ sanctitátis viro, lítteris et disciplínis informándus ab infántia tráditus est: qui in doctrína et virtúte gradu céleri sic est progréssus, ut à Valério ordinátus Diáconus, ab eódem Præsule, qui proptèr línguam impeditiórem verbi ministério minûs erat idóneus, prædicándi partes accéperit. Dum autèm créditum sibi munus summâ cum laude, fructu nec minóri adímplet, in persecutióne Diocletiáni comprehénsus, Valéntiam in Hispánia ad Daciánum Præsidem vinctus dúcitur. Tu autem....

℟. Hanc tentatiónem *Ideò permísit Dóminus eve-

Digitized by Google

níre illi, ut pósteris darétur exémplum patiéntiæ ipsíus.

℣. In labóribus plúrimis, in carcéribus abundántiùs, in plagis suprâ modum, in mórtibus freqüenter. *Ideò permísit....(*Tob.* 2, 12, 2, *Cor.* 11, 23.)

Lectio V.

Verúm quem corám Christiánâ plebe infrácto à labóribus ánimo prædicaverat, invíctâ à suppliciis constántiá coram tyránno Christum proféssus est. Christiánæ religiónis cultórem se ausus pròpalám dícere, Præsidis furéntis jussu vinctus retórtis brachiis extènsus est, donéc ossa sédibus suis síngula moveréntur: móx ferreis ungulis semél atqué íterúm excarnificátus est. Ipse autêm, spretis torméntis: immótus ac quasí esset siné ullo dolóris sensu, nec minis, nec iteratis cruciátibus addúci pótuit, ut thus idólis adoléret, nequé ut libros sacros tráderet: quapropter gratículæ subjétis ardéntibus prunis impónitur; applicántur membris láminæ; decurrit inter candéntis ferri asperitátem líquor; stridens flamma arvìnâ respérgitur; salis ígnibus sparsi crepitántes minútiæ per membra dissìliunt: intéreà Martyr invíctus, eréctis in cœlum óculis, Dóminum precabátur. Tu autem.

℟. Probávit me Deus quasí aurum, qaod per igném transit: * Vestígia ejus secútus est pes meus, viam ejus custodívi, et non declinàvi ex ea.

℣. Ad cognoscéndum Christum, et societátem passiónum illíus, configurátus morti ejus. *Vestígia ejus..... (*Job.* 23, 10, 11, *Philip.* 3 10.)

Lectio VI.

Post hæc in càrcere testáceis fragméntis strato distenditur, ut testárum acúlei vulnerum dolórem exasperarent. Sed ilustráto cœlitús cárcere, Angelòrum fovètur obséquio, allòquio mulcétur, solútis néxibus deámbulans psallit, cónsonat vocis Angélicæ moduláta suávitas: quod per rimas conspiciéntes stupefácti cárceris custòdes, Christiánæ religióni fidélitér se dedûnt. Edúctus indé Vincéntius mo-

Digitized by Google

lli cúlcitræ impónitur, ut aliquántulúm recreátus ácrius dénuó torqüeretur; verúm pretiósam resolútus in mortem, Daciáno inánitér de supplício cogitánte, Deo autem clemén-tér dísponénte de præmio, cœlo spíritum réddidit. Circumstántium freqüéntia Sancti vestígia deosculándo prolámbit, vúlnera totíus láceri córporis pia curiositáte palpat, sánguinem línteis éxcipit sacrâ veneratióne pósteris profutúrum. Conténdit adhúc cum mórtuo cadávere Daciánus; sed frustrá feris óbjicit, corax namqué custos cœlitús designátur, qui eas, trucémque lupum rostro et alis à thesaúro sibi crédito remòtiùs arcet: frustrà pròjicit in mare; quod ètenim minemè apparére satágerat, nutu divíno semper próditur corpus, ut religiósiús humándum, inquit Augustínus, venerandúmque demonstrarétur. Tu autem....

℟. Post tempestátem tranquíllum facis, Dómine; et post lacrymatiónem et fletum exultatiónem infúndis. *Sit nomen tuum, Deus Israël, benedíctum in sæcula.

℣. Ipse autém Dóminus noster Jesus Christus dedit consolatiónem ætérnam, et spem bonam in grátia. *Sit nomen tuum.... Glória Patri.... Sit nomen tuum.... (*Tob.* 3, 22, 23, 2. *Thes.* 2, 15.)

IN III NOCTURNO.

Ant. Propter opus Christi usquè ad mortem accéssit, tradens ánimam suam. (*Philip.* 2, 30.)

Ant. Mundus óbiit, per ómnia in Dómino confidens. (2 *Mach.* 7, 40.)

Ant. Vita decéssit, universæ genti memóriam mortis suæ ad exemplum virtútis derelínqüens. (2 *Mach.* 6, 31.)

℣. Justus cum cecíderit, non collidétur.

℟. Quià Dóminus supponit manum suam. (*Ps.* 36, 24.)

Léctio sancti Evangélii secúndùm Matthæum.

LECTIO VII. *Cap.* 10.

IN illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Nolíte timére eos, qui occídunt corpus, ánimam autém non possunt occídere. Et réliqua.

Homilia sancti Augustíni Epíscopi.

Digitized by Google

Serm. 274, *et* 275, (*al* 8, *et* 12, *de Sanct.*) *in fest. S. Mart. Vinc.*

MAGNUM spectáculum spectávimus óculis fídei, Martyrem sanctum Vincéntium ubíqué vincèntem. Vicit in verbis, vicit in pœnis, vicit in confessióne, vicit in tribulatióne, vicit exústus ígnibus, vicit submérsus flúctibus: postrémò vicit tortus, vicit mórtuus. ¿ Quis istam patiéntiam míliti suo donávit, nisí qui pro illo prior sánguinem fudit? Cui dícitur in Psalmo, Quóniám tu es patiéntia mea, Dómine: Dómine, spes mea á juventúte mea. Magnum certámen magnam cómparat glóriam, non humánam nec temporálem, sed divìnam et sempitérnam. Fides pugnat, et quandó fides pugnat carnem mullus expúgnat. Tu autem....

℟. Testimónium consecútus est esse justus, testimónium perhibénte munéribus ejus Deo; *Et defúnctus adhúc lóquitur.

℣. In vita sua fecit monstra, et in morte mirabilia operátus est. *Et defúnctus....

Hebr. 11. 4. *Eccli.* 48, 15.

LECTIO VIII.

QUISQUIS putat sanctum Vincéntium víribus suis ista potuísse, nimís errat. Quisquis ením víribus suis hoc se posse præsumpserit, etsí vidêtur vìncere patièntiâ, víncitur á supérbia. Bené víncere hoc est, univérsas máchinas (diáboli) víncere. Illécebras dúm ministrat, víncitur per continéntiam: pœnas et torménta infligit, víncitur per patiéntiam: erróres súggerit, vincitur per sapiéntiam. Si considerétur in ista passióne humána patiéntia, íncipit esse incredíbilis; si agnoscátur divína potentia, désinit esse mirábilis. Tanta grassabátur crudélitas in Martyris córpore, et tanta tranquillitas proferebátur in voce, tántaque pœnárum aspéritas sæviébat in membris, et tanta secúritas sonábat in verbis, ut miro modo putarémus, Vincéntio patiénte,

Digitized by Google

álium non loqüéntem torqüéri. Et veré, fratres, itá erat: prorsús ita erat: álius loquebátur. Promisit enim et hoc téstibus suis Christus in Evangélio, quos ad hujúsmodi certámina præparábat. Sic enim ait: Nolíte præmeditári quómodó, aut quid loquámini. Non enim vos estis qui loquimini, sed Spíritus Patris vestri, qui lóquitur in vobis. Tu autem....

℟. ¿Numquid narrábit áliquis in sepúlcro misericórdiam tuam, Dómine? *¿Nunquíd cognoscéntur in ténebris mirabília tua, et justítia tua in terra obliviónis?

℣. Nunc, Dómine, réspice in eo quod manum tuam exténdas ad sanitátes, et signa, et prodígia fíeri. *¿Numquid....Glória Patri....¿Numquid....(*Ps.* 87, 12, 13. *Act.* 4, 29 30,)

Lectio IX.

Denique his præmíssis futúræ vidélicèt retributiónis finibus, ètiàm in hoc mundo Mártyrum gloriam demonstrémus. ¿Quæ hódie règio, quæve provincia ulla, quoúsquè vel Romànum impèrium, vel Christiánum nomen exténditur, natálem non gaudet celebráre Vincéntii? ¿Quis autém hódié Daciáni vel nomen audîsset, nisi Vincéntii passiónem legísset? Quód veró tantâ curâ servávit Dóminus Mártyris corpus, ¿quid áliud demonstrávit nisí se gubernásse vivéntem, quem non relíquit exánimem? Vicit ergo Daciánum vivens Vincéntius, vicit et mórtuus. Vivens torménta calcávit, mórtuus mária transnatávit. Sed ipse inter undas gubernávit? cadáver extínctum, qui inter úngulas ánimùm donávit invíctum. Non flexit flamma tortóris cor ejus; non mersit aqua maris corpus ejus. Sed in his et hujúsmodi nihil est áliud nisí, Pretiósa in conspéctu Dómini mors Sanctórum ejus. Tu autem....

Te Deus laudámus....

AD LAUDES.

ET PER HORAS.

Ant. Factus et Dóminus protéctor meus: salvum me fecit, quóniam vóluit me. (*Ps.* 17, 20, 21.)

Digitized by Google

Ant. Deus meus misit Angelum suum: quiá corám eo justítia invénta est in me. (*Dan.* 6, 22.)

Ant. Transívi per ignem et aquam; et eduxísti me, Dómine, in refrigérium. (*Ps.* 65, 12.)

Ant. Tamquàm prodígium factus sum multis; et tu, Dómine, adjútor fortis. (*Ps.* 70, 7, 8.)

Ant. Bonum certámen certávi, cursum consummávi, fidem servávi: in réliquo repósita est mihi coróna justitiæ. (2, *Timoth.* 4, 7, 8.)

CAPITULUM.

Justum dedúxit.... *Un in.* 1 *Vesp.*

HYMNUS.

Heros supplíciis victor in ómnibus,
Elúsis fátui júdicis ártibus,
Lecti blandítias déserit ávolans
Trans fulgéntia sydera.
Cœlum prodígiis, corpus ut íntegrum
Projèctum mèdiis perstet agris, favet,
Custos corvus adest, nec vólucres, nequé
Accédunt ávidæ feræ.
Judex æquòreis flúctibus ímperat
Mergi, relíquiis ne páteat locus;
Incassúm, plácidé nam refluéntibus
Stans undis supér ènnatat.
Adsis, ó, fámulis rité precántibus,
Vincénti, rádium lúminis ímpetra,
Ne cedat píetas fracta periculis,
Succumbátque labóribus.
In nostro máneat corde recònditum,
Quòd torménta brevi prætereúntia
Ætérnæ páriunt præmia gloriæ,
Permansúraque gaúdia.
Summâ laude Pater, Natus et únicus,
Dicátur páritér Nexus amábilis,
Indivísa manens Númine Trinitas
Nunc, olím, siné término. Amen.

Digitized by Google

℣. Custodivit Dóminus òmnia ossa justi;
℟. Unum ex his non conterétur (*Ps.* 33, 21.)

AD BENEDICTUS.

Ant. Amplificátus est in mirabilibus suis; ¿et quis potest simílitèr sic gloriari? Poténtiâ nemo vicit illum, et mórtuum prophetávit corpus ejus: in vita sua fecit monstra, et in morte mirabília operátus est. (*Eccli.* 48, 4, 13.)

Oratio. Da nobis quæsumus.... *Ut supra in I. Vèsperis.*

AD PRIMAM.

Ant. Factus est....

Léctio brevis, Capitulum Nonæ.

AD TERTIAM.

Ant. Deus meus....

Capitulum. Justum dedúxit.... *Ut in I. Vésperis.*

℟. *Breve.* Fuit magnus * Secúndum nomen suum. Fuit....

℣. Máximus in salutem electórum Dei. Secúndúm.... Glória Patri.... Fuit.... (*Eccli.* 46, 1, 2.)

℣. Si consístant advérsúm me castra, nou timébit cor meum:

℟. Si exúrgat advérsùm me prælium, in hoc ego sperábo. (*Ps.* 26, 3.)

AD SEXTAM.

Ant. Transivi....

CAPITULUM. *Sap.* 10.

CUSTODÍVIT illum Dóminus ad inimícis, et à seductóribus tutávit illum, et certámen forte dedit illi ut vínceret, et sciret quóniàm ómnium poténtior est sapiéntia.

℟. *breve.* Si consístant advérsùm me castra, *Non timébit cor meum. Si consístant....

Digitized by Google

℣. Si exúrgat advérsùm me prælium, in hoc ego sperábo. Non timébit.... Glória Patri.... Si consístant.... (*Ps.* 26, 3.)

℣. Justus cum cecíderit, non collidétur;

℟. Quià Dóminus suppónit manum suam. (*Ps.* 36, 24.)

AD NONAM.

Ant. Bonum certámen....

CAPITULUM. *Sap.* 10.

INTRÁVIT Deus in ánimam servi sui, et stetit contra reges horréndos in porténtis et signis: ídeò decantávit, Dómine, nomen sanctum tuum, et victrícem manum tuam laudávit páritèr.

℟. *Breve.* Justus cum cecíderit, *Non collidétur; Justus....

℣. Quià Dóminus suppónit manum suam. Non collidétur.... Glória Patri.... Justus.... (*Ps.* 36, 24.)

℣. Custodívit Dóminus ómnia ossa justi;

℟. Unum ex his non conterétur. (*Ps.* 33, 21.)

IN II VESPERIS.

Ant. Factus est Dóminus.... *Ut ad Laud. Psalm.* Dixit Dóminus.... *et loco ultimi, Psalm.* Crédidi....

Capitulum Justum dedúxit.... *Hymnus* Partas.... *Ut in* 1 *Vésperis.*

℣. In sæculum memória ejus in benedictióne;

℟. Et nominátus est usque ad novíssimum terræ. (1 *Mach.* 3, 7, 9.)

Ad Magnificat.

Ant. Réspice ad oratiónem servi tui, Dómine Deus, quam orat coràm te hódiè: ut exaúdias deprecatiónem pópuli tui. (3 *Reg.* 8, 28, 30.)

Digitized by Google

DIE XXXIX. JANUARII

OCTAVA

SANCTI VINCENTII

LEVITÆ, ET MARTYRIS,

DUPLEX.

Omnia ut in die Festo prætèr Lectiónes 1 *Noctúrni, quæ erunt de Scriptúra occurrénte, et seqüentes.*

IN II NOCTURNO.

SERMO SANCTI LEONIS PAPÆ.

Lectio IV.

Serm. 13 *in nat. S. Vinc. M.*

Cunctórum licèt, dilectíssimi, gloriósas Mártyrum passiónes, quos distíncta regiónibus loca meruérunt, una fides fáciat ómnibus indiscréto honóre venerábiles: própriam tamen sibi in hoc venerationis obséquio illi víndicant dignitátem, qui Ecclésiam Dei et documéntis præ céteris erexérunt, et patrocíniis adjuvérunt. Intèr quos justè beátum Levítam Vincéntium, cujus confessióne et morte Christum incrédulis prædicátum incunctántèr agnóscimus, cathólicis stúdiis celebrámus. Qui ut fidélium devotiónem Deo studiósiùs commendáret, altióri charitátis flamméscens afféctu, morti sese tandèm fidélitèr óbtulit, quo vidèlicèt robur fídei in solidíssima petra Christo fundátum, sequácibus imitándum darétur: necnon et semen Apostólicæ prædicatiónis per eum plúribus disseminátum, ope suæ intercessiónis tutum, ac perféctæ consummatiónis fruge refértum in cœlés-

Digitized by Google

tibus demùm hórreis conderétur. Hunc ergo ámpliùs própria veneréntur, quem étiam peregrina mirántur: quátenùs eis se largiórem exhibeat in beneficiis, quibus se amabiliórem cognóscit in gáudiis, fiatque in ejus solemnitáte ubérior lætítiæ ámbitus, de quo fídei crevit efféctus. Tu autem....

Lectio V.

Vincéntii passiónis vel última pervidére, seu memorári, fratres, evidéntius placet: quátenús animadvértat sánctitas vestra quò diábolus suum perdúxerit dolis minístrum, vel quómodò Christus suum in finem usquè serváverit fámulum. Cógnito ígitùr sancto Vincéntii abscéssu, judex insánus, et quia Christus vicísset in Vincéntio nésciens Daciánus, illíus sibi promíttit cadáveris expositióne vindíctam, cujus gemit ex virtúte victóriam. Feris namquè et cánibus decépta furóris supérbia assuméndum próiici mandat lictóribus, ut tali pastu eórum impléret ventrem quórum ipse gerébat mentem. Sed ut divínis excrescéntibus beneficiis majóris victóriæ Vincéntio grátia conferrétur, míttitur corvus, àvis amica cadavéribus, expósitas córporis dapes servatúra jejúna. Qui ut cœlitùs se custódem designátum osténderet, adventántes reliquas aves éminùs non segni ímpetu perturbábat: inter quas immánem quoquè lupum própiùs accedéntem, vélutì qui commíssum thesaúrum sacrílegâ audáciâ attamináre præsúmeret, pennis et alis divérberans procùl abégit. Sed ille, quòd non tàm ad inferéndam venísset injúriam, quàm ad augéndam miráculi pompam, quadam sui habitúdine stúpidus indicábat. Tu autem....

Lectio VI.

¡O ímpudens furor, et stulta vesánia! Corvus obséquitur, lupus venerátur, Daciánus perséquitur, nec erubéscit velle se adhùc ferox pérdere, quem mansuefácta bestiális féritas satagébat protégere. Undè ad occuléndam Mártyris laudem, non jam secrétum, sed profúndum elégit: credens sibi ad delitescéndam ejus glóriam non claustra fidem servatúra, sed mária: quasì non idem eleménti dó-

Digitized by Google

minus esset, per quem dudùm ei cárceris ábdita cœlésti fulgóre radiáta micuíssent. Datur nautis mergéndum corpus in flúctibus: ut ad auxílium saltèm æquora proficerent, cui ad vincéndum Christi mílitem terra defecísset. Enavigátis ítaquè magnâ ex parte freti gurgítibus, projéctum inter sorbéntes undas præpotens est Dei déxtera consecúta: et quæ spíritum intúlerat in cœlum, corpus mox rétulit ad sepúlcrum. Sic prædicátor veritátis, charíssimi, nec tormentórum víncitur pœnis, nec tenebrósi cárceris superátur angústiis. Non à béstiis dilaniátur, non profúndo celátur, sed líttori rédditur, præcónio diffamátur: ut qui veré conféssus fuérat nomen Deitátis, veritáte sibi adésse experirétur divínæ suffrágia bonitátis: conseqüénsque erat, quátenús ad ejus visiónem per mortem attíngeret, quem probábilis vitæ conversatióne sempér attestátus fuísset; sciens quod de contémptu præséntis vitæ glòria surgit beatitúdinis ætérnæ. Tu autem....

IN III. NOCTURNO.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Matthæum.

Lectio VII. *Cap.* 10.

In illo tempore: Dixit Jesus discípulis suis: Nolíte timére eos, qui occídunt corpus, ánimam autém non possunt occídere. Et reliqua.

Homilía S. Augustíni Epíscopi.

Serm. 276, 277, *(al* 12 *de Sanct. et* 202, *de Divers.) in Fest. Mart. Vinc.*

In passióne quæ nobis hódiè recitáta est, fratres mei, evidénter osténditur judex ferox, tortor cruéntus, Martyr invictus. In cujus còrpore pœnis variis exarato, jam torménta defécerant, et adhúc membra durabant. Tot convíctam miráculis persistébat impietas, tot vexata supplíciis non cædébat infirmitas: agnoscàtur ergò operáta divínitas. ¿Quandó enim corruptíbilis pulvis contra tam immánia torménta duráret, nisí in eo Dóminus habitáret? In his enim òmnibus

Digitized by Google

ille agnoscéndus, ille glorificándus, ille laudándus est, qui et in prima vocatióne dedit fidem, et in suprema passióne virtutem. ¿Vultis nosse quiá utrúmque donátum est? Audíte Apóstolum Paulum: Vobis, ínquit, donátum est pro Christo, non solúm ut credátis in eum, verúm étiàm ut patiamini pro eo. Accéperat hæc útraque Levíta Vincéntius, accéperat, et habébat. Si enim non accepísset, ¿quid habéret? Habébat in sermóne fidùciam, habèbat in passióne toleràntiam. Tu autem....

Lectio VIII.

Clariórem nobis Mártyrem tot torménta faciébant. Multíplici enim vulnerum varietáte confóssus, non deserébat pugnam, sed ácriùs iterábat. Putáres quód eum duráret flamma, non úreret; et tamquám figuli fornax lutum molle suscipiens, duram rédderet testam. Póterat Martyr noster dícere Daciáno: Jam non urit ignis tuus carnem meam, quia exáruit velut testa virtus mea. Et qnòniám verácitér scriptum est, Vasa figuli probat fornax, et hómines justos tentátio tribulatiónis; probátus est, atque decóctus illo igne Vincéntius: arsit veró, et crépuit Daciánus. Si enim non ardèbat, ¿undè clamábat? ¿Quid enim erant verba irascéntis, nisi fumus ardéntis? Ergó Martyri nostro, refrigérium in corde habénti, flammas extrínsecús admovébat: sed ipse fácibus furoris accensus; tamquám clibanus intús ardébat, et habitatórem suum diábolum concremábat. Non tantúm Mártyrem cruciábant tormenta, quantúm illum vastábat insánia. Tu autem....

Lectio IX.

Sed jam, fratres, illa ómnia transiérunt et ira Daciáni, et pœna Vincéntii. Nunc autém pœna Daciáno, coróna veró manet Vincéntio. Hoc atténdite, et fidem vestram interrogáte. Sanctus Vincéntius si formídine tormentórum negáret Christum, viderétur córpori pepercísse: quádam autem conditióne mortáli, córpore solverétur. ¿Quid

Digitized by Google

ageret in resurrectióne, cum in ætèrnum ignem præcipitarétur? Negans Christum, negátur á Christo: Qui negáverit me, inquit, corám hominibus, negábo eum corám Patre meo, qui est in cœlis. Ecce negáret, quiéscerent illi tortóres, et vulneráto ánimo, sanum esset corpus; immó occíso ánimo, viveret corpus: ¿quid prodésset in ætérnum mórtuo brevis córporis vita? Tu autem....

Te Deum laudàmus....

OFFICIUM

B. VIRGINIS MARIÆ DE PACE.

DUPLEX MAJUS.

DIE XXIV JANUARII.

Ad Vesperas, Antiphona. Dum effet Rex. *cum reliquis Antiphonis & Psalmis, ut in Officio Parvo beate Mariæ.*

CAPITULUM. *Eccli. 24 b.*

Ab initio, & ante sæcula creata sum, & usque ad futurum sæculum non desinam, & in habitatione sancta coram ipso ministravi.

Hymnus. Ave maris stella.

℣. Dignare me laudare te, Virgo sacrata.

℟. Da mihi virtutem contra hostes tuos.

Ad Magnificat, Antiphona.

Sancta Maria, succurre miseris, juva pusillanimes, refove flebiles, ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto femineo sexu: sentiant omnes tuum juvamen, quicúmque celebrant tuam sanctam Festivitatem.

ORATIO.

Concede nos famulos tuos quæsumus Dómine Deus, perpetua mentis & córporis sanitate gaudere: & gloriosa

Digitized by Google

beatæ Mariæ semper virginis intercessione, á presenti liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia. Per Dóminum nostrum Jesum-Christum.

Ad Matutinum, Invitatorium.

Sancta Maria Dei genitrix virgo, * Intercede pro nobis, *Psalmus.* Venite, exultemus. *Hymnus.* Quem terra. *Antiphonæ, & Psalm. Nocturnorum, ut in Officio Parvo beatæ Mariæ.*

IN I. NOCTURNO.

℣. Specie tua, & pulchritudine tua.
℟. Intende, prosperè procede, & regna.
De Parabolis Salomonis.

Lectio 1. *Cap.* 8, *b* & 9.

Ego sapientia habito in consilio, & eruditis intersum cogitationibus. Timor Dómini odit malum: arrogantiam, & superbiam, & viampravam, & os bilingue detestor. Meum est consilium, & equitas, mea est prudentia, mea est fortitudo. Per me reges regnant, & legum conditores justa decernunt. Per me principes imperant, & potentes decernunt justitiam. Ego diligentes me diligo: & qui manè vigilant ad me, invenient me.

℟. Sancta & immaculata virginitas, quibus te laudibus efferam, nesciq: * Quia quem cœli capere non poterant tuo gremio contulisti.

℣. Benedicta tu inmulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Quia quem.

Lectio II.

Mecum sunt divitiæ, & gloria, opes superbæ, & justitia. Melior est enim fructus meus auro, & lapide pretioso, & genimina mea argonto electo. In viis justitiæ ambulo, in medio semitarum judicii, ut ditem diligentes me, & thesauros corum repleam. Dominus possedit me in imtio viarum suarum, antequam quidquam faceret á principio. Ab

Digitized by Google

æterno ordinata sum, & ex antiquis antequam terra fieret. Nondum erant abyssi, & ego jam concepta eram: necdum funtes aquarum erupérant: necdum montes gravi mole constiterant: ante colles ergo parturiebar.

℟. Congratulamini mihi omnes qui diligitis Dominum quia cúm essem parvula, placui altissimo: * Et de meis visceribus genui Deum & hominem.

℣. Beatam me dicent omnes generationes, quia ancillam humilem respexit Deus. Et.

Lectio III.

Beatus homo qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidiè, & observat ad postes ostij mei. Qui me invenerit, inveniet vitam, & hauriet salutem à Dómino: qui autem in me peccaverit, ledet animam suam. Omnes, qui me oderunt, diligunt mortem. Sapientia ædificavit sibi domum, excidit columnas septem. Immolavit victimas suas, miscuit vinum, & proposuit mensam suam. Misit ancillas suas ut vocarent ad arcem, & ad mœnia civitatis: Si quis est parvulus, veniat ad me. Et insipientibus locuta est: Venite, comedite panem meum, & bibite vinum, quod miscui vobis.

℟. Beata es virgo Maria, quæ Dóminum portasti Creatorem mundi: * Genuisti qui te fecit, & in æternum permanes virgo.

℣. Ave Maria, gratia plena. Dóminus tecum. Genuisti. Gloria Patri. Genuisti.

IN II. NOCTURNO.

℣. Adjuvabit eam Deus vultu suo.

℟. Deus in medio ejus, non commovebitur.

De Sermone sancti Augustini Episcopi.

Sermone 18 *de Sanctis, in medio.*

Lectio IV.

Exultat Maria, & matrem se læta miratur, & de Spiritu sancto se peperisse gaudet: nec quia peperit in-

Digitized by Google

nupta, terretur: sed quia genuerit, cum exultatione miratur. O femina super feminas benedicta, quæ virum omninò non novit: & virum suo utero circumdedit! Circumdat virum Maria Angelo fidem dando, quia Heva perdidit virum serpenti consentiendo. O felix obedientia! ò insignis gratia! quæ dum fidem humiliter dedit, cœli in se opificem corporavit. Hinc promeruit gloriam, quam ipsa postmodum hausit. Ecce, ait, ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

℟. Sicut cedrus exaltata sum in Libano, & sicut cypressus in monte Sion: quasi myrrha electa, * Dedi suavitatem odoris.

℣. Et sicut cinnamomum & balsamum aromatizans. Dedi.

Lectio V.

O Beata Maria, quis tibi dignè valeat jura gratiarum, ac laudum præconia rependere, quæ singulari tuo assensu mundo seccarristi perdito? Quas tibi laudes fragilitas humani generis persolvat, quæ solo tuo commercio recuperandi aditum invenit? Accipe itaque quascumque exiles, quascumque meritis tuis impares gratiarum actiones: & cum susceperis vota, culpas nostras orando excusa. Admitte nostras preces intra sacrarium exauditionis, & reporta nobis antidotum reconciliationis.

℟. Quæ est ista quæ processit sicut sol, & formosa tamquam Jerusalem? * Viderunt eam filiæ Sion, & beatam dixerunt, & reginæ laudaverunt eam.

℣. Et sicut dies verni circumdabant eam flores rosarum, & lilia convallium. Viderunt.

Lectio VI.

Sit per te excusabile, quod per te ingerimus: fiat impetrabile, quod fida mente poscimus. Accipe quod offerimus, redona quod rogamus, excusa quod timemus: quia tu es spes unica peccatorum. Per te speramus veniam delictorum, & in te beatissima nostrorum est expectatio præ-

Digitized by Google

miorum. Sancta Maria, sucurre miseris, juva pusillanimes, refove flebiles, ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto femineo sexu: sentiant omnes tuum juvamen, quicumque celebrant tuam sanctam Festivitatem.

℟. Ornatam monilibus filiam Jerusalem Dóminus concupivit: * Et videntes eam filiæ Sion beatissimam prædicaverunt, dicentes: * Unguentum effusum nomen tuum.

℣. Astitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate. Et videntes. Gloria Patri. Unguentum.

IN III NOCTURNO.

℣. Elegit eam Deus, & preelegit eam.
℟. In tabernaculo suo habitare facit eam.
Lectio sancti Evangelii secundùm Lucam.

Lectio VII. *Capitulum* 11 *d.*

In illo tempore: Loquente Jesu ad turbas, extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi: Beatus venter, qui te portavit. Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedæ Presbyteri.

Lib. 4 *cap.* 49 *in Luc.* 11.

MAGNÆ devotionis & fidei hæc mulier ostenditur, quæ Scribis & Pharisæis Dóminum tentàtibus, simul & blasphemantibus, tanta ejus incarnationem præ omnibus sinceritate cognoscit, tanta fiducia confitetur, ut & præsentium procerum calumniam, & futurorum confundat hæreticorum perfidiam. Nam sicut tunc Judei, sancti Spiritus opera blasphemando, verum consubstantialemque Patri Dei Filium negabant: sic hæretici postea negando, Mariam semper virginem, sancti Spiritus operante virtute, nasciturο cum humanis membris unigenito Dei, carnis suæ materiam ministrasse, verum consubstantialemque matri filium hominis fateri non debere dixerunt.

℟. Felix namque es sacra virgo Maria, & omni laude

Digitized by Google

dignissima: * Quia ex te ortus est sol justitiæ, Christus Deus noster.

℣. Ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto femineo sexu, sentiant omnes tuum juvamen, quicumque celebrant tuam sanctam Festivitatem. Quia ex te.

Benedictio. Cujus festum colimus, ipsa Virgo virginum.

Lectio VIII.

Sed si caro Verbi Dei secundùm carnem nascentis à carne Virginis matris pronuntiatur extranea, sine causa venter qui eam portasset, ubera quæ lactassent, beatifieantur. Dicit autem Apostolus: Quia misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege. Neque audiendi sunt qui legendum putant; Natum ex muliere, factum sub lege, sed, Factum ex muliere: quia conceptus ex utéro virginali, carnem non de nihilo, non aliundè, sed materna traxit ex carne: alioquin nec verè Filius hominis diceretur, qui originem non haberet ex homine. Et nos igitur his contra Eutychen dictis, extollamus vocem cum Ecclesia catholica, cujus hec mulier typum gessit, extollamus & mentem de medio turbarum, dicamusque Salvatori: Beatus venter, qui te portavit, & ubera quæ suxisti. Verè enim beata Parens, quæ, sicut quidam ait, Enixa est puerpera Regem, qui cœlum terramque tenet per sæcula.

℟. Beatam me dicent omnes generationes: * Quia fecit mihi Dóminus magna qui potens est, & sanctum nomen ejus.

℣. Et misericordia ejus à progenie in progenies timentibus eum. Quia fecit. Gloria Patri. Qui fecit mihi.

Lectio IX.

Quinimmò beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt. Pulchrè Salvator attestationi mulieris annuit, non eam tantummodò, quæ Verbum Dei corporaliter generare meruerat, sed & omnes qui idem Verbum spiritaliter auditu fidei concipere, & boni operis custodia vel in suo, vel in pro-

Digitized by Google

ximorum corde parere, & quasi alere studuerint, asseverans esse beatos: quia & eadem Dei genitrix, & inde quidem beata, quia Verbi incarnandi ministra facta est temporalis; sed inde multò beatior, quia ejusdem semper amandi custos manebat æterna.

Te Deum laudamus.

AD LAUDES.

& per Horas, Antiphona.

Dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suavitatis. *Psalmus.* Dóminus regnavit, *cum reliquis de Dóminica.*

Aña. Læva ejus sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.

Aña. Nigra sum, sed formosa, filiæ Jerusalem, ideò dilexit me Rex, & introduxit me in cubiculum suum.

Aña. Jam hiems transiit, imber abiit, & recessit, surge amica mea, & veni.

Aña. Speciosa facta es, & suavis in deliciis tuis, sancta Dei genitrix.

Capitulum. *Eccl. 24 b.*

Ab initio, & ante sæcula creata sum, & usque ad futurum sæculum non desinam, & in habitatione sancta coram ipso ministravi.

Hymnus. O gloriosa Virginum.

℣. Diffusa est gratia in labiis tuis.

℟. Propterea benedixit te Deus in æternum.

Ad Benedictus, Antiphona.

Beata es Maria, quæ credidisti, perficientur in te, quæ dicta sunt tibi à Dómino, alleluya.

ORATIO.

Concede nos famulos tuos, quesumus Dómine Deus, perpetua mentis & corporis sanitate gaudere: & gloriosa

Digitized by Google

beatæ Mariæ semper Virginis intercessione, à præsenti liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia. Per Dóminum nostrum.

Ad Primam in ℟. *br. dicitur.*

℣. Qui natus es de Maria Virgine.

Ad Tertiam, Aña. Leva ejus.

℟. *br.* Specie tua, * Et pulchritudine tua. Specie tua.

℣. Intende, prosperè procede, & regna. Et pulchritudine tua. Gloria Patri. Specie.

℣. Adjuvabit eam Deus vultu suo.

℟. Deus in medio ejus, non commovebitur.

Ad Sextam, Antiphona.

Nigra sum.

CAPITULUM. *Eccl.* 24. *b.*

ET sic in Sion firmata sum, & in civitate sanctificata similiter requievi, & in Jerusalem potestas mea, & radicavi in populo honorificato: & in parte Dei mei hæreditas illius: & in plenitudine sanctorum detentio mea.

℟. *br.* Adjuvabit eam * Deus vultu suo. Adjuvabit eam.

℣. Deus in medio ejus, non commovebitur. Deus vultu suo. Gloria Patri. Adjuvabit.

℣. Elegit eam Deus, & præelegit eam.

℟. In tabernáculo suo habitare facit eam.

Ad Nonam, Antiphona.

Speciosa.

CAPITULUM. *Eccl.* 24. *b.*

IN plateis sicut cinnamomum, & balsamum aromatizans odorem dedi: quasi myrrha electa dedi suavitatem odoris.

℟. *breve.* Elegit eam Deus, * Et præelegit eam. Elegit.

℣. In tabernaculo suo habitare facit eam. Et præelegit. Gloria Patri. Elegit.

℣. Diffusa est gratia in labiis tuis.

Digitized by Google

℟. Propterea benedixit te Deus in æternum.

In secundis Vesperis, Antiphonæ, Psalmi, Capitulum, Hymnus, & ℣. ut supra in primis Vesperis.

Ad Magnificat, Antiphona. Beatam me dicent omnes generationes, quia ancillam humilem respexit Deus.

FESTUM SANGUINIS
SACRATISIMI DOMINI NOSTRI
JESU CHRISTI.

DUPLEX MAJUS.

Limæ, & in ejus Diœcesi tantum: quia ex nova SS. P. Clementis XII concessione die 28 Aprilis anni 1731, in Feria 4, post Octavam Petri, & Pauli Apostolorum, recitandum est.

AD VESPERAS.

Aña. Christum proposuit Deus, *cum reliq. de Laudib. Psalm.* Dixit Dóminus, *cum reliq. de Dominica, & loco ultimi, Psalm.* Laudate Dominum omnes gentes.

CAPITUL. *Hebr.* 9, 21.

FRATRES, tabernaculum, & omnia vasa ministerii, sanguine aspersit Moyses: & omnia penè in sanguine secundùm legem mundantur, & sine sanguinis effusione non fit remissio.

HYMNUS.

MAXIMUS Redemptor orbis
Morte vitam contulit:
Qui nec argento caduco,
Sed nec auro labili.

Digitized by Google

Corporis tamen sacrati
Nos redemit sanguine.
Mitis Agnus immolatur
Omnium pro crimine,
Ne quod arte fabricatum
Conditoris extitit,
Dirus hostis possideret,
Qui malum sugesserat.
Magna præstat immolatus
Dux salutis omnium:
Complet excessum fideles,
Quem Prophetæ dixerant:
Nostra tunc peccata solvit
Nos tyranno liberans.
Misit infans carne scissus,
Misit infans sanguinem:
Misit, & flagella passus,
Orbe puntus spineo:
Dum manus, pedes, latusque
Pandit, offert sanguinem.
Laus, honor, virtus supremæ
Conditori machinæ,
Quam Pater summus gubernat,
Natus, atque Spiritus,
Omnibus Deus collendus
Sæculorum sæculis. Amen.
℣. Redemisti nos, Dñe.
℟. In sanguine tuo.

AD MAGNIFICAT.

Aña. Sanguis Christi, qui per Spiritum Sactum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad serviendum Deo viventi.

ORATIO.

OMNIPOTENS sempiterne Deus, qui sanguine Filii tui placari, & nos redimi voluisti: concede nobis, quæsu-

Digitized by Google

mus, salutis nostræ prætium ita recolere, ut nunc veniam, & in æternum gloriam consequi valeamus. Per eumdem Dóminum.

AD MATUTINUM.

INVITATORIUM.

Christum Dei filium, qui suo nos sanguine redemit. Venite adoremus. *Psalmus.* Venite.

HYMNUS.

Sanguis olim victimarum,
Quem vetus lex obtulit,
Fœderis novi sacratum,
Nuntiabat sanguinem,
Quo redempti sanctitatem
Assequamur spiritus.
Lex amoris postulabat
Differentem victimam:
Offerens ubi sacerdos
Esset idem victima:
Seque clemens immolaret
In medelam criminum.
In crucem Redemptor actus
Nostra delet crimina:
Quando pro salute mundi
E sacrato corpore
Uberes rivi cruoris
Copiosè profluunt.
Perforatur namque clavis
Et latus dirumpitur:
Unde Sacramenta manant
Labe quæ nos abluunt;
Hinc caput nostræ salutis
Confitemur sanguinem.

Laus, honor, virtus supremæ, &c.

Digitized by Google

IN I. NOCTURNO.

Aña. Accipiens sanguinem Moyses, omnem populum aspersit, dicens: hic sanguis testamenti, quod mandavit ad vos Deus.

Psalmus 2.

QUARE fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterum reges terræ, & principes convenerunt in unum: adversus Dóminum, & adversus Christum ejus.

Dirupamus vincula eorum: & projiciamus à nobis jugum ipsorum.

Qui habitat in Cœlis, irridebit eos: & Dóminus subsanabit eos.

Tunc loquetur ad eos in ira sua: & in furore suo conturbabit eos.

Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum ejus: prædicans præceptum ejus.

Dóminus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.

Reges eos in virga ferrea: & tamquam vas figuli confringes eos.

Et nunc reges intelligite: erudimini, qui judicatis terram.

Servite Dómino in timore: & exultate ei cum tremore.

Apprehendite disciplinam: ne quando irascatur Dóminus, & pereatis de via justa.

Cum exarserit in brevi ira ejus: beati omnes, qui confidunt in eo. Gloria, &c.

Aña. Accipiens sanguinem Moyses, omnem populum aspersit, dicens: Hic sanguis testamenti, quod mandavit ad vos Deus.

Aña. Quare rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari?

Psalmus 3.

DÓMINE, quid multiplicati sunt, qui tribulant me? multi insurgunt adversum me.

Digitized by Google

Multi dicunt animæ meæ: non est salus ipsi in Deo ejus.

Tu autem, Dómine, susceptor meus es: gloria mea & exaltans caput meum.

Voce mea ad Dóminum clamavi: & exaudivi me de monte sancto suo.

Ego dormivi, & soporatus sum: & exurrexi, quia Dóminus suscepit me.

Non timebo millia populi circumdantis me: exurge, Dómine, salvum me fac Deus meus.

Quoniam tu percussisti omnes adversantes mihi sine causa: dentes peccatorum contrivisti.

Dómini est salus: & super populum tuum benedictio tua. Gloria Patri, &c.

Aña. Quare rubrum est indumentnm tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari?

Aña. In sanguine testamenti tui emissisti vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua.

Psalmus 15.

Conserva me, Dómine, quoniam speravi in te, dixi Dómino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.

Sanctis, qui sunt in terra ejus: mirificavit omnes voluntates meas in eis.

Multiplicatæ sunt infirmitates eorum: postea acceleraberunt.

Non congregabo conventicula eorum de sanguinibus: nec memor ero nominum eorum per labia mea.

Dóminus pars hæreditatis meæ, & calicis mei: tu es, qui restitues hæreditatem meam mihi.

Funes ceciderunt mihi in præclaris: etenim hæreditas mea præclara est mihi.

Benedicam Dóminum, qui tribuit mihi intellectum: insuper, & usque ad noctem increpuerunt me renes mei.

Providebam Dóminum in conspectu meo semper: quoniam à dexteris est mihi, ne commovear.

Digitized by Google

Propter hoc lætatum est cor meum, & exultavit lingua mea: insuper, & caro mea requiescet in spe.

Quoniam non derelinques animam meam in inferno: uec dabis sanctum tuum videre corruptionem.

Notas mihi fecisti vias vitæ, adimplebis me lætitia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua usque in finem. Gloria, &c.

Añ. In sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua.

℟. Redemisti, nos, Dñe.

℣. In sanguine tuo. Pater noster. Exaudi Dómine. Jube Dómne. Benedictione perpetua.

DE LIBRO EXODI.

Lectio I. *Cap.* 12.

Dixit Dóminus ad Moysem, & Aaron in terra Ægypti. Loquimini ad univeersum cœtum filiorum Israel, & dicete eis: Decima die mensis hujus tollat unusquisque agnum per familias, & domus suas. Erit autem agnus absque macula, masculus, anniculus, juxta quem ritum tolleris, & hædum & servabitis eum usque ad quartam decimam diem mensis hujus, immolabitque eum universa multitudo filiorum Israel ad vesperam. Et summent de sanguine ejus, ac ponent super utrumque postem, & insuper liminaribus domorum, in quibus comedent illum.

℟. Gratificavit nos Deus in dilecto suo, in quo habemus redemptionem. * Per sanguinem ejus.

℣. Remissionem peccatorum secundum divitias gratiæ ejus, quæ superabundavit in nobis. Per sanguinem ejus.

Lectio II.

Transibo per terram Ægypti nocte illa, percutiamque omne primogenitum in terra Ægypti ab homine usque ad pecus: & incunctis diis Ægypti faciam judicia, ego Dóminus. Erit autem sanguis vobis in signum in ædibus, in quibus eritis: & videbo sanguinem, & transivo vos: nec

Digitized by Google

erit in vos plaga disperdens, quando percussero terram Ægypti. Habebitis autem hunc diem in monumentum: & celebrabitis eam solemnem Dómino in generationibus vestris cultu sempiterno.

℟. Non corruptibilibus auro, vel argento redempti estis de vana vestra conversatione paternæ traditionis, *Sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi.

℣. Ex corde invicem diligite, renati non ex semine corruptibili. Sed pretioso.

Lectio III.

Vocavit autem Moyses omnes seniores filiorum Israel, & dixit ad eos: Ita tollentes animal per familias vestras, & immolate Phase, Fasciculumque hyssopi tingite in sanguine, qui est in limine, & aspergite ex eo super liminare, & utrumque postem: nullus vestrum egrediatur ostium domus suæ usque mane. Transibit enim Dóminus, percutiens Ægyptios: cumque viderit sanguinem in superliminari, & in utroque poste transcendet ostium domus, & non sinet percusorem ingredi domus vestras, & lædere.

℟. Christus peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum, ut peccatis mortui, justitiæ vivamus. *Cujus libore sanati estis.

℣. Eratis enim sicut oves errantes, sed conversi estis nunc ad pastorem animarum vestrarum. Cujus. Gloria. Cujus.

IN II. NOCTURNO.

*Añ*a. Justificati in sanguine Christi salvi erimus ab ira per ipsum.

Psalmus 22.

Dóminus regit me, & nihil mihi deerit: in loco pascuæ ibi me collocavit.

Super aquam refectionis educavit me: animam meam convertit.

Digitized by Google

Deduxit me super semitas justitiæ : propter nomen suum.

Nam & si ambulavero in medio umbræ mortis : non timebo mala, quoniam tu mecum es.

Virgua tua, & baculus tuus : ipsa me consolaſa sunt.

Parasti in conspectu meo mensam adversus eos, qui tribulant me.

Impinguasti in oleo caput meum : & calix meus inebrians quam præclarus est.

Et misericordia tna subsequetur me : omnibus diebus vitæ meæ.

Et ut inhabitem in domo Dómini : in longitudine dierum.

Aña. Justificati in sanguine Christi : salvi erimus ab ira per ipsum.

Aña. Prætio empti estis, nolite fieri servi hominum.

Psalmus 29.

EXALTABO te, Dómine, quoniam suscepisti me : nec delectasti inimicos meos super me.

Dómine Deus meus clamavit ad te : & sanasti me.

Dómine eduxisti ab inferno animam meam : salvasti me à descendentibus in lacum.

Psalite Dómino sancti ejus : & confitemini memoriæ sanctitatis ejus.

Quoniam ira in indignatione ejus : & vita in voluntate ejus.

Ad vesperum demorabitur fletus : & ad matutinum lætitia.

Ego autem dixi in abundantia mea : non movebor in æternum.

Dómine, in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem.

Avertisti faciem tuam à me : & factus sum conturbatus.

Ad te, Dómine, clamabo, & ad Deum meum deprecabor.

Digitized by Google

Quæ utilitas in sanguine meo: dum descendo in corruptionem.

Numquid confitebitur tibi pulvis: aut annuntiabit veritatem tuam?

Audivit Dóminus, & misertus est mei: Dóminus factus est adjutor meus.

Convertisti planctum meum in gaudium mihi: conscidisti saccum meum, & circumdedisti me lætitia.

Ut cantet tibi gloria mea: & non compungar.

Dómine Deus meus: in æternum confitebor tibi.

Añа. Prætio empti estis, nolite fieri servi hominum.

Añа. Dedit semetipsum Jesus Christus pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate.

Psalmus 63.

Exaudi Deus orationem meam cum deprecor: á timore inimici eripe animam meam.

Protexisti me à conventu malignantium: â multitudine operantium iniquitatem.

Quia exacuerunt ut gladium linguas suas: intenderunt arcum rem amaram, ut sagittent in occultis immaculatum.

Subito saggittabunt eum, & non timebunt: firmaverunt sibi sermonem nequam.

Narraverunt, ut absconderent laqueos, dixerunt: quis videbit eos?

Scrutati sunt iniquitates, defecerunt scrutantes scrutinio.

Accedet homo ad cor altum: & exaltabitur Deus.

Sagittæ parvulorum factæ sunt plagæ eorum: & infirmatæ sunt contra eos linguæ eurum.

Conturbati sunt omnes, qui videbant eos: & timuit omnis homo.

Et anuntiaverunt opera Dei: & facta ejus intellexerunt.

Lætabitur justus in Dómino, & sperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde.

Digitized by Google

Ãna. Dedit semetipsum Jesus Christus pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate.

℣. Beati qui labant stolas suas.

℟. In sanguine agni. Pater noster. Ipsius. Jube. Deus Pater.

Sermo S. Joannis Chrysost.

Ex Hom. ad Neophitos.

Lectio IV.

Vis sanguinis Christi audire virtutem? reddeamus ad ejus exemplum, & priorem typum recordemur, & pristinam scripturam narremus. In Ægypto nocte media Ægyptiis Deus plagam decimam minabatur, ut eorum primogenita deperirent, qui primogenitum ejus populum detinebant. Sed ne amata plebs Judæorum una cum illis periclitaretur, quia unus locus continebat universos, remedium discretionis inventum est. Proinde exemplum mirabile, ut dicas in veritate virtutem. Ira divinæ indignationis sperabatur, & domus singulas circumibat mortifer. Quid igitur Moyses? Occidite, inquit, agnum agniculum, & sanguine ejus linite januas.

℟. Ipse est caput corporis Ecclesiæ. *Ut sit in omnibus ipse primatum tenens.

℣. Qui complacuit per eum reconciliare omnia in ipsum. Pacificans per sanguinem crucis ejus sive quæ in Cœlis sunt. Ut sit.

Lectio V.

Quid ais Moyses? Sanguis ovis rationabilem hominem liberare consuevit? Valde, inquit non eo quod sanguis est, sed quia Dominici sanguinis per eum demonstratur exemplum. Nam sicut regnantium statuæ, quæ sine causa sunt, atque sermone, nonnumquam ad se confugientibus hominibus anima, atque rationibus decoratis subvenire consueverunt, non quia sunt ære confectæ, sed quia retinent imaginem principalem: ita & sanguis ille, qui rationalis fuit

Digitized by Google

animos habentes homines liberavit, non quia sanguis fuit, sed quia hujus sanguinis ostendebat adventum.

℟. Cum essetis aliquando alienati, & inimici sensu in operibus malis. * Nunc reconciliavit vos Christus in corpore carnis suæ per mortem.

℣. Ut exhiberet vos sanctos, & immaculatos, & irreprehensibiles coram ipso. Nunc.

Lectio VI.

ET tunc Angelus ille vastator cum linitos postes, atque aditus pervideret, subtraxit gressus, & non est ausus intrare. Nunc ergo si viderit inimicus non postibus impositum sanguinem typi, sed fidelium ore lucentem sanguinem veritatis, Christi templi postibus dedicatum, multo magis se subtrahit. Si enim Angelus cessit exemplo, quanto magis terrebitur inimicus, si ipsam perspexerit veritatem?

℟. Dignus es, Dómine, accipere librum, & aperire signacula ejus, quoniam occisus est, & redemisti nos Deo. * In sanguine tuo.

℣. Et fecit nos Deo nostro regnum, & regnabimus super terram. In sanguine. Gloria Patri. In sanguine.

IN III. NOCTURNO.

Ańa. Vos qui aliquando eratis longe, facti estis prope in sanguine Christi.

Psalmus 73.

UT quid Deus repulisti in finem: iratus es furor tuus super oves pascuæ tuæ.

Memor esto congregationis tuæ: quam possedisti ab initio.

Redemisti virgam hæreditatis tuæ, mons Sion, in quo habitasti in eo.

Leva manus tuas in superbias eorum in finem: quanta malignatus est inimicus in sancto?

Et gloriati sunt, qui oderunt te in medio solemnitatis tuæ.

Digitized by Google

Possuerunt signa sua signa: & non cognoverunt, sicut in exitu super summum.

Quasi in silva lignorum securibus exciderunt jannuas ejus in idipsum: in securi, & ascia dejecerunt eam.

Incenderunt igni sanctuarium tuum: in terra polluerunt tabernaculum nominis tui.

Dixerunt in corde suo cognatio eorum simul, quiescere faciamus omnes dies festos Dei à terra.

Signa nostra non vidimus, jam non est Propheta: & nos non cognoscet amplius.

Usquequo Deus improperabit inimicus: irritat adversarius nomen tuum in finem?

Ut quid avertis manum tuam, & dexteram tuam: de medio sinu tuo in finem.

Deus autem Rex noster ante sæcula: operatus est salutem in medio terræ.

Tu confirmasti in virtute tua mare: contribulasti capita draconum in aquis.

Tu confregisti capita draconis: dedisti eum escam populis Æthiopum.

Tu dirupisti fontes, & torrentes: tu siccasti fluvios Etham.

Tuus es dies, & tua est nox: tu fabricatus est auroram, & solem.

Tu fecisti omnes terminos terræ: Æstatem & ver tu plasmasti ea.

Memor esto hujus, inimicus improperavit Dómino: & populus insipiens incitavit nomen tuum.

Ne tradas bestiis animas confitentes tibi: & animas pauperum tuorum ne oblisviscaris in finem.

Respice in testamentum tuum quia repleti sunt, qui obscurati sunt terræ domibus iniquitatum.

Ne avertatur humilis factus confusus: pauper, & inops laudabunt nomen tuum.

Exurge Deus, judica causam tuam: memor esto improperiorum tuorum, eorum quæ ab insipienti sunt tota die.

Digitized by Google

Ne obliviscaris voces inimicorum tuorum : superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper.

Añ. Vos qui aliquando eratis longe, facti estis prope in sanguine Christi.

Añ. Habemus fiduciam in introitu Sanctorum in sanguine Christi, accedamus in plenitudine fidei.

Psalmus 87.

DÓMINE Deus salutis meæ : in die clamavi, & nocte coram te.

Intret in conspectu tuo oratio mea : inclina aurem tuam ad precem meam.

Quia repleta est malis anima mea : & vita mea inferno appropinquavit.

Æstimatus sum cum descendentibus in lacum : factus sum sicut homo sine adjutorio, inter mortuos liber.

Sicut vulnerati, dormientes in spulchris, quorum non es memor amplius : & ipsi de manu tua repulsi sunt.

Possuerunt me in lacu inferiori : in tenebrosis, & in umbra mortis.

Super me confirmatus est : furor tuus : & omnes fluctus tuos induxisti super me.

Longe fecisti notos meos à me : posuerunt me abominationem sibi.

Traditus sum, & non egrediebar : oculi mei languerunt præ inopia.

Clamavi ad te, Dómine, tota die : expandi ad te manus meas.

Numquid mortuis facies mirabilia : aut medici suscitabunt, & confitebuntur tibi ?

Numquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam, & veritatem tuam in perditione ?

Numquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua, & justitia tua in terra oblivionis ?

Et ego ad te, Dómine, clamavi : & mane oratio mea perveniet te.

Digitized by Google

Ut quid, Dómine, repellis oratiónem meam: avertis faciem tuam à me?

Pauper sum ego, & in laboribus à juventute mea exaltatus autem, humiliatus sum, & conturbatus.

In me transierunt iræ tuæ: & terrores tui conturbaverunt me.

Circumdederunt me sicut aqua tota die: circumdederunt me simul.

Elongasti à me amicum, & proximum, & notos meos à miseria.

Ańa. Habentes fiduciam in introitu Sanctorum in sanguine Christi, accedamus in plenitudine fidei.

Ańa. Vestitus erat veste aspersa sanguine, & vocabitur nomen ejus Verbum Dei.

Psalmus 93.

Deus ultionum Dóminus: Deus ultionum liberè egit.

Exaltare qui judicas terram: redde retributionem superbis.

Usquequo peccatores Dómine: usquequo peccatores gloriabuntur?

Effabuntur, & loquentur iniquitatem: loquentur omnes, qui operantur injustitiam?

Populum tuum, Dómine, humiliaverunt: & hæreditatem tuam vexaverunt.

Viduam, & advenam interfecerunt; & pupillos occiderunt.

Et dixerunt: non videbit Dóminus: nec intelliget Deus Jacob.

Intelligite insipientes in populo, & stulti aliquando sapite.

Qui plantavit aurem, non audiet? aut qui finxit oculum, non considerat?

Qui corripit gentes, non arguet: qui docet hominem scientiam?

Dóminus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt.

Digitized by Google

Beatus homo, quem tu erudieris, Dómine: & de lege tua docueris eum.

Ut mitiges ei à diebus malis: donec fodiatur peccatori fovea.

Qui non repellet Dóminus plebem suam: & hæreditatem suam non derelinquet.

Quoadusque justitia convertatur in judicium: & qui juxta illam, omnes, qui recto sunt corde.

Quis consurget mihi adversus malignantes? aut quis stabit mecum adversus operantes iniquitatem?

Nisi quia Dóminus adjuvit me: paulominùs habitasset in inferno anima mea.

Si dicebam, motus es pes meus: misericordia tua, Dómine, adjuvabat me.

Secundúm multitudinem dolorum meorum in corde meo: consolationes tuæ lætificaverunt animam meam.

Numquid adhæret tibi sedes iniquitatis: qui fingis laborem in præcepto?

Captabunt in animam justi: & sanguinem innocentem condemnabunt.

Et factus est mihi Dóminus in refugium: & Deus meus in adjutorium spei meæ.

Et reddet illis iniquitatem ipsorum: & in malitia eorum disperdet eos: disperdet illos Dóminus Deus noster.

Añ. Vestitus erat veste aspersa sanguine, & vocabatur nomen ejus Verbum Dei.

℣. Dealbaverunt stolas suas in sanguine agni.

℟. Ideo sunt ante thronum Dei. Pater noster. A vinculis. Jube. Evangelica, &c.

Lectio Sancti Evangelii secundum Joannem.

In illo tempore, sciens Jesus, quia omnia jam consummata sunt, ut consummaretur Scriptura, dixit: Sitio. Et reliqua.

Homil. Sancti Joannis Chrysostomi.

Ubique demonstrare adnititur, novam hanc mortem fuisse. Siquidem in potestate morientis erat, ne prius-

Digitized by Google

quam ipse vellet, & omnia impleta essent, moreretur. Ideo dicebat: Potestatem habeo ponendi animan meam, & potestamen habeo iterùm sumendi eam. Sciens ergo omnia consummata, ait: Sitio. Etiam hoc verbo prophetiam implens. Tu autem adstantium pravitatem intellige; nam licet innumeros habeamus inimicos, qui nos gravissimè persecuti sint, cum tamen interimi eos videmus, flectimur misericordia; hi vero nihil moti, magis efferantur, & irrident, acetumque in spongia porrigunt, ut bibat tamquam reus: nam propter hoc hyssopum additur, quo gustato, mortuus est. Vides, quam non perturbate, quam potenter omnia transigentem?

℟. Passus est Christus se ab iniquis comprehendi, & impias sævientium in se manus admissit. *Ut ejus sanguis pretium posset credentium fieri.

℣. Cohibuit in se potentiam Deitatis, ut ad gloriam perveniret passionis. Ut ejus.

Lectio VIII.

Cum omnia consummata essent, inclinato capite, tradidit spiritum, hoc est, expiravit. Atque non post inclinatum caput expiratur, sed post expirationem caput inclinatur, hic autem contra accidit, per quod ostendit Evangelista, eum esse omnium Dominum. Judæi autem camelum devorantes, & calicem excollentes, tantum nefas ausi, de die consultant. Quoniam Parasceve erat, ut non remanerent in cruce corpora sabbato, rogaverunt Pilatum, ut frangerentur eorum crura. Vides quanti sit veritas, per ea quæ illi faciunt, prophetia impletur: alia enim ex hoc manifestata est. Venerunt ergo milites, & aliorum fregerunt crura, non Christi, sed ad Judæorum gratiam conciliandam latus ejus lancea aperuerunt: & mortuo adhuc insultant. O pesimam voluntatem! ò scelestissima! noli tamen perturbari, dilectissime, quæ enim malo illi animo patrarunt, veritati consentiebant, prophetia enim hinc impleta est, dicens: Videbunt in quem transfixerunt.

Digitized by Google

℟. Invitatur ad paradysi divitias populus Christianus. *Igneam enim illam rompheam: qua vitæ regio erat inclusa, sacer Christi sanguis extinxit.

℣. Cunctis regeneratis ad amissam patriam patefactus est reditus. Igneam. Gloria. Igneam.

℣l. Fer. si venerit in Quadrages.

Lectio IX.

Et continuo exivit sanguis, & aqua. Non casu, & simpliciter hi fontes scaturierunt: sed quoniam ex ambobus Ecclesia constituta est. Sicut hoc initiati, per aquam regenerati, sanguine, & carne nutriti. Hinc mysteria ortum habent: ut quoties ad admirandum calicem accedis, tamquam ab ipso latere hauriens, accedas. Qui ipse Christi sanguis nostrarum animarum: & salus, quo abluitur anima, ornatur, & inflammatur. Hic mentem nostram igne reddit splendiorem, hic auro clariorem animam facit. Hic sanguis effusus est, & Cœlum fecit nobis accesibile. Hic terrarum orbis est pretium, hoc Christus emit Ecclesiam, hoc eam omnem adornavit. Hujus sanguinis particeps cum Angelis, & Archangelis, & supernis manent virtutibus, ipsam regiam Christi stolam induti, & arma spiritualia gerentes. Sed nihil adhuc dixi, ipsum enim induti sunt regem. Te Deum laudamus.

AD LAUDES.

& per Horas.

Ańa. Christum proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius.

Psalm. Dóminus regnavit. *cum reliq. de Dominica.*

Ańa. Jesus ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est.

Ańa. Sanguis Jesu Christi Filii Dei emundat nos ab omni peccato.

Ańa. Venit per aquam, & sanguinem Jesus Christus, non in aqua solum, sed in aqua, & in sanguine.

Digitized by Google

Aña. Christus dilexit nos & lavit nos à peccatis nostris in sanguine suo. *Cap.* Fratres tabernaculum.

Ut supr. in Vesp.

HYMNUS.

O Celse rerum Conditor,
Salutis autor omnium,
Tu nos sacrato sanguine
Omni repurgas crimine.
Nos sanguis ille callidus,
Antiquus hostis straverat:
Primum nitorem mentium
Caligo culpæ dempserat.
Sacro tamen de corpore
Summi valoris sanguinem,
Fundis Redemptor affatim,
Omnemque labem diluis.
Repelle quidquid improbum
Interna cordis inficit:
In nos refunde, quæsumus,
Tui vigorem sanguinis.
Deo Patri sit gloria,
Ejusque soli Filio,
Cum Spiritu Paraclito,
Et nunc, & in perpetuum.
Amen.

℣. Empti estis pretio magno.
℟. Sanguine Christi.

Ad Benedictus.

Aña. Christus non per sanguinem hircorum, aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introivit semel in sancta, æterna redemptione inventa.

Ad Tertiam Capil. Fratres tabernacul.

Ut supr. in Vesp.

℟. *brev.* Dealbaverunt stolas suas. *In sanguine agni. Dealbaverunt.

Digitized by Google

℣. Ideo sunt ante thronum Dei. In sanguine. Gloria. Dealbaverunt.
℣. Empti estis pretio magno.
℟. Sanguïne Christi.

AD SEXTAM, Capit.

Hebr. 9.

Si enim sanguis hircorum, & taurorum inquinatos sanctificat ad emundationem carnis, quanto magis Christi emundabit constientiam nostram ab operibus mortuis ad serviendum Deo viventi?

℟. *brev.* Empti estis. * pretio magno. Empti.
℣. Sanguine Christi. Pretio. Gloria. Empti.
℣. Justificati in sanguine ipsius.
℟. Salvi erimus ab ira per ipsum.

AD NONAM, Capit.

Apoc. 12.

Proinctus est accusator fratrum nostrorum: & ipsi viceruntpropter sanguinem agni.

℟. *brev.* Justificati. * In sanguine ipsius. Justificati.
℣. Salvi erimus ab ira per ipsum. In sanguine.
℣. Gloria. Justificati.
℣. Christus lavit nos à peccatis nostris.
℟. In sanguine suo.

AD VESPERAS.

Aña. Christus proposuit, *cum reliq. de Leudib. Psalm. Cap. Hymn. ut in prim. Vesp.*

℣. Christus lavit nos à peccatis nostris.
℟. In sangnine suo.

AD MAGNIFICAT.

Aña. Accessistis ad Sion montem, & civitatem Dei

Digitized by Google

viventis Jerusalem cœlestem, & testamenti novi mediatorem Jesum, & sanguinis aspersionem melius loquentem quam Abel.

DIE XXIII FEBRUARII.

IN FESTO

San PETRI DAMIANI, Cardinalis Episcopi Ostiensis

ET ECCLESIÆ DOCTORIS

In utrisque Vesperis Antiph. ad Magnificat O Doct. optime.

ORATIO.

CONCEDE nos quæsumus, omnipotens Deus, Beati Petri Confessoris tui atque Pontificis monita et exempla sectari; ut per terrestrium rerum contemptum æterna gaudia consequamur. Per Domininum nostrum.

IN I. NOCTURNO.

Lectiones *de Sacr. Script.* Si veró celebretur in Quadrages. leguntur.

Lects. *Fidelis sermo.* ut in commni. Confcs. Pontific.

IN II. NOCTURNO.

PETRUS Ravennæ honestis Parentibus natus ad huc lactens à Matre numerosæ prolis pertæsa abjicitur, sed domesticæ mulieris opera semivivus exceptus, ac recreatus Genitrici ad humanitatis sensum revocatæ redditur. Utroque orbatus Parente tanquam vile mancipium sub aspera Fratris tutela duram servitutem exercuit. Religionis in Deum, ac pietatis erga Patrem egregium tunc specimen dedit; inventum siquidem forte nummum non propiæ inediæ sublevandæ, sed Sacerdoti, qui divinum Sacrificium ad illius expiationem offerret, erogavit. A Damiano Fratre, à quo uti fertur cognomentum accepit, ejus cura litteris eruditur:

Digitized by Google

in quibus brevi tantum profecit, ut Magistris admirationi esset. Cum autem liberalibus scientiis floreret et nomini, eas cum laude docuit. Interim ut corpus rationi subderet sub mollibus vestibus cilicium adhibuit, jejuniis, vigiliis, et orationibus solerter insistens. Caleate juventa dum carnis stimulis acriter urgeretur, insultantium libidinum faces rigentibus Fluvii mersus aquis, noctu extinguebat; tum venerabilia quæque loca obire, tumque Psalterium recitare consueverat. Ope assidua pauperes levabat, quibus frecuenter pastis convivio, propriis ipse manibus ministrabat.

℟. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei.

℣. Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non nocebit ei. * Manus....

Lectio V.

Perficiendæ magis vitæ causa in Avellanensi Eugubinæ Diœcesis Cœnobio Ordini Monachorum Sanctæ Crucis Fontis Avellanæ à Beato Ludulpho S. Romualdi discipulo fundato nomen dedit. Non ita multo post in Monasterium Pompasianum, mox in Cœnobium S. Vincentii Petræ Pertusæ ab Abbate suo missus, utrumque Asceterium verbo sacro, præclaris institutionibus, et moribus excoluit. Ad suos revocatus post Præsidis obitum Avellanitarum Familiæ præficitur, quam novis variis in Locis extructis Domiciliis, et sanctissimis institutis ita auxit, ut alter ejus Ordinis Parens, ac præcipuum ornamentum jure sit habitus. Salutarem Petri sollicitudinem alia quoque diversi instituti Cœnobia, Canonicorum Conventus, et Populi sunt experti. Urbinati Diœcesi non uno nomine profuit. Theuzoni Episcopo in causa gravisima accedit, ipsumque in recté administrando Episcopatu concilio et opera juvit. Divinorum contemplatione, corporis macerationibus, cæterisque spectatæ santimoniæ exemplis excelluit. His motus Stephanus IX Pontifex Maximus eum licet invitum et reluctantem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem creavit, et Ostiensem Episco-

Digitized by Google

pum. Quas Petrus Dignitates splendidissimis virtutibus, et consentaneis Episcopali ministerio operibus gessit.

℟. Posui adjutorium super potentem, et exaltavi electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei. V. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. * Manus....

Lectio VI.

Difficillimo tempore Romanæ Ecclesiæ Summisque Pontificibus doctrina, Legationibus, aliisque susceptis laboribus mirificé adfuit. Adversus Nicolaitarum, et Simoniacam Hœreses ad mortem usque strenuó decertavit. Hujusmodi depulsis malis Medionalensem Ecclesiæ Romanæ conciliavit. Benedicto, et Cadaloo falsis Pontificibus fortiter restitit. Henricum quartum Germaniæ Regem ab iniquo uxoris divortio deterruit. Ravennates ad debita Romano Pontifici obsequia revocatos sacris restituit. Canonicos Veliternos ad sanctioris vitæ leges compossuit. In Provincia præsertim Urbinate vix ulla fuit Episcopalis Ecclesia, de qua Petrus non sit benemeritus; Eugubinam, quam aliquando creditam habuit, multis levavit incomodis; alias alibi, quando oportuit, perinde curavit, ac suæ essent tutelæ commissæ. Cardinalatu, et Episcopali Dignitate depositis; nihil de pristina juvandi proximos sedulitate remissit. Jejunium sextæ feriæ in honorem S. Crucis Jesu-Christi: horarias Beatæ Dei Genitricis preces, ejusque die Sabbato cultum propagavit. Inferendæ quoque sibi verberationis morem ad patratorum scelerum expiationem provexit. Demum sanctitate, doctrina, miraculis, et præclaré actis illustris, dum é Ravennate Legatione reddiret Faventiæ octavo Kalendas Martii migravit ad Christum. Ejus corpus ibidem apud Cistercienses multis miraculis clarum frecuenti Populorum veneratione colitur. Ipsum Faventini non semel in præsenti discrimine propitium experti Patronum apud Deum delegerunt. Leo veró Duodecimus Pontifex Maximus Officium Missamque in ejus honorem tamquam Confesoris Pontificis, quæ aliquibus in Diœcesibus, atque in Ordine Ca-

Digitized by Google

maldulentium jam celebrabantur ex Sacrorum Rituum Congregationis Consulto, addita Doctoris qualitate ad universam extendit Ecclesiam.

℟. Iste est, qui ante Deum magnas virtutes operatus est, et omnis terra doctrina ejus repleta est: *Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum.

℣. Iste est qui contempsit vitam mundi et pervenit ad cælestia regna. *Ipse....Gloria.....Ipse.

IN III. NOCTURNO.

Homilia in Evangelium *Vos estis sal terræ....*
De Communi Doctorum.
Missa *In medio Ecclesiæ.* Cum Credo.

DIE XXV FEBRUARII.

IN FESTO

B. SEBASTIANI AB APPARITIO, Confessoris.

DUPLEX.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis præter sequentia.

ORATIO.

Deus, qui beatum Sebastianum Confessorem tuum in simplicitate cordis ambulare fecisti, ac cælestibus donis cumulasti: concede propitius, ut ejus intercessione, et puris mentibus tibi servire, et gratiæ tuæ munera consequi valeamus. Per Dóminum.

IN I NOCTURNO.

Lects. de Sacr. Script. Si venerit in Quadragessima erunt *Beatus vir.* De 2do. loc.

Digitized by Google

IN II. NOCTURNO.

Lectio IV.

Sebastianus Gudinæ Galleciæ óppidi diœcesis Aurisiensis ex honesta extirpe in Hispania ortum habuit. Ab infantia pie educatus ac puer pascendis gregibus deditus nihil puerile gessit in opere, statimque apparuit, eum ad magnum aliquid portendendum peculiari Dei providentia fuisse præservatum ; nam, ut constanti fertur fama, cum duodennis ex lue contagiosa læthaliter decumberet, et solus in semidiruto tugúrio esset derelictus, morsu lupi é némore erumpentis, qui leniter tumorem perrupit, pusque virolentum plané astersit, à matre illuc redeunte mirabiliter repertus, fuit sanatus. Pueritia domi probé transacta, adolecens é paterno Solo egressus, Salmánticam sucessit, ibique alieno servitio mancipatur : tum rei agrariæ álibi addictus, ut parentum inopiam sublevaret, varia hinc indé expertus est discrimina, in iisque ter mulieres ejus virginitati insidiantes, invicté rejecisse perhibetur. Hisce veró periculis valdé commotus, innovam Hispaniam, quo Evangelica fides nuper fuerat invecta, proficisci in animum sibi induxit, navimque conscendens cum aliis sociis, quorum convicia æquanimiter in itinere tulit, prospera tandem navigatione confecta, primó Angelópolim deinde Méxicum áppulit.

℟. Honestum fecit illum Dmnus. et custodivit eum ab inimicis, et à seductoribus tutavit illum : * Et dedit illi claritatem æternam.

℣. Justum deduxit Dmnus. per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei. Et.

Lectio V.

Egregiæ charitatis ejus in proximum illicó cæpit Mexici præbere argumenta. Cum enim ibi novo opificio construendi plaustra, arduoque labori aperiendi vias rectas per impervias sylvas, præsertim eam, quæ é Mexico ducit ad Zacathecam, totum se daret, pingues opes, quas inde sibi comparabat, in viduis, et orphanis alendis, honestis puellis

Digitized by Google

dotandis, aliisque hujus generis misericordiæ operibus impendebat. Quocirca hominem multo ære alieno gravatum, atque ádeó á Lictoribus captum toto débito generosé soluto, è vestigio ab eorum manibus liberavit. Hinc tantam virtutis opinionem adéptus fuit; ut etiam ab Indis, ingenita ferocitate deposita, obsequium sibi et famulatum præstari mereretur. Nuptias, quas olim modesté abnuerat, postmodum inire decrevit. Itaque bis matrimonium cum honestis virginibus centraxit, quas tamen iisdem consentientibus intactas reliquit. Quaré dœmon variis modis eum est aggressus: nunc fæda spectra ferocis tauri, trucisque máuri ei objiciens: nunc venustæ mulieris impudicé gestientis formam induens: sed vir Dei signo crucis cuncta hostis molimina vicit. Postrema conjuge defuncta, ordini Seráphico adscribi petiit, ac monialibus Sanctæ Claræ, cunctis opibus relictis, voti sui compos jam septuagenarius in statu laici effici meruit.

℟. Amavit eum Dmnus. et ornavit eum: stolam gloriæ induit eum * Et ad portas Paradisi coronavit eum.

℣. Induit eum Dóminus loricam fidei, et ornavit eum. Et.

Lectio VI.

Solemnibus votis Deo nuncupatis, in omni virtutum genere mirificé enituit. Summa ei inerat simplicitas, animi candor, mansuetudo, obedientia, paupertas, in adversis item tolerandis eximia patientia. Temperans ádeo fuit, et fortis, ut præter prolixa jejunia et corporis aflictationes, noctes insomnes sæpé traduxerit: dignus propterea, cui, ut fertur, esurienti in diserto, et omni humana ope destituto, Angeli cibaria ministrarint, lassitudine confectum recrearint, dormientem cœlesti splendore circumfulserint itinerantem à pluvia et nivibus defenderint, ex via devium in rectum tramitem deduxerint, deque uno in alium locum transtulerint. Futuros eventus quoque prænovit; secreta item cœlestia et cordium arcana penetravit, et in ferociores belluas absolutum semper exercuit dominium. Eucharistiæ sacramentum, quod in extremo morbo ex vómitu præpeditus

Digitized by Google

sumere non poterat, ad se defferri poposcit, et humi stratus, lacrymisque perfusus inenarrabili ánimi sensu coluit. Senio tándem confectus, propé centenarius últimum diem placidissimé Angelópoli clausit. Post mortem corpus ejus, quod ex pœnitentia attritum, squallidumque erat, statim formosam induit speciem, suavemque spiravit odorem. Virtutibus deniqué, et miraculis clarus à Pio VI Pontifice Maximo in beatorum cœtum solemniter est relatus.

℟. Iste homo perfecit omnia, quæ locutus est ei Deus, et dixit ad eum: ingredere in requiem meam: * Quia te vidi justum coramme ex omnibus gentibus.

℣. Iste est, qui contempsit vitam mundi, et pervenit ad cœlestia regna. Quia. Gloria Patri. Quia.

IN III. NOCTURNO.

Homilia S. Gregori Papæ in Evangelium. *Sint lumbi vestri præcincti.* De communi Confessoris non Pontificis.

OFFICIUM

B. MARIÆ VIRGINIS DE GUADALUPE MEXICANÆ.

DUPLEX MAJUS.

XXVI FEBRUARII.

Ad Vesperas Antiphona. *Dum esset Rex.* cum reliquis Antiphonis, et Psalmis, ut in officio parvo B. Mariæ. Capítulum *Ab initio.* Hymnus. *Ave maris stella.* ℣. *Dignare me laudare te, Virgo sacrata.* ℟. *Da mihi virtutem contra hostes tuos.*

AD MAGNIFICAT ANTIPHONA.

Elegi et santificavi locum istum, ut sit ibi nomem meum, et permaneant òculi mei, et cor meum ibi cunctis diebus.

Digitized by Google

ORATIO.

DEUS, qui sub Beatissimæ Virginis Mariæ singulari patrocinio constitutos perpetuis beneficiis nos cumulari voluisti: præsta supplicibus tuis: ut cujus hodié commemoratione lætamur in terris, ejus conspectu perfruamur in cœlis. Per Dóminum nostrum.

Ad Matutinum. Invitatorium. *Sancta Maria Dei Genitrix Virgo, *Intercede pro nobis.* Psalmus. *Venite, exultemus.* Hymnus. *Quem terra.* Añæ et Psalmi Nocturnorum ut in officio parvo Btæ. Mariæ.

IN I. NOCTURNO.

℣. *Specie tua et pulchritudine tua.* ℟. *Intende, prosperé procede, et regna.*

LECTIO I.

De Libro Ecclesiastici.

EGO ex ore Altissime providi primogenita ante omnem creaturam. Ego in feci cœlis, ut oriretur lumen indeficiens, et sicut nébula texi omnem terram. Ego in altissimis habitavi, et thronus meus in columna nubis. Gyrum cœli circuivi sola, et profundum abyssi penetravi, in flúctibus maris ambulavi, et in omni terra steti: et in omni populo, et in omni gente primatum habui: et omnium excellentium, et humilium corda virtute calcavi: et in his omnibus réquiem quæsivi, et in hæreditate Dómini morabor. Tunc præcepit, et dixit mihi Creator omnium: et qui creavit me, requievit in tabernaculo meo, et dixit mihi: In Jacob inhabita, et in Israël hæreditare, et in electis meis mitte radices.

℟. Vidi speciosam sicut columbam ascendentem désuper rivos aquarum: cujus inæstimabilis odor erat nimis in vestimentis ejus: *Et sicut dies verni circumdabant eam flores rosarum, et lilia convallium.

℣. Quæ est ista, quæ ascendit per desertum sicut vir-

Digitized by Google

gula fumi, ex aromatibus myrhæ et thuris. Et sicut dies verni.

Lectio II.

Ab initio, et ante sæcula creata sum, et usque ad futurum sæculum non desinam, et in habitatione sancta coram ipso ministravi. Et sic in Sion firmata sum, et in civitate santificata similiter requievi, et in Jerusalem potestas mea. Et radicavi in populo honorificato, et in parte Dei mei hæreditas illius, et in plenitudine Sanctorum detentio mea. Quasi Cedrus exaltata sum in Libano, et quasi Cipressus in monte Sion: quasi palma exalta sum in Cades, et quasi plantatio rosæ in Jéricho: quasi oliva speciosa in campis, et quasi platanus exaltata sum juxta aquam in plateis. Sicut cinnamomum et balsamum aromatizans odorem dedi; quasi myrrha electa dedi suavitatem odoris: et quasi storax, et gálbanus, et úngula, et gutta, et quasi Libanus non incisus vaporavi habitationem meam, et quasi bálsamum non mistum odor meus.

℟. Quæ est ista, quæ ascendit sicut aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol: * Terribilis ut castrorum acies ordinata?

℣. Filia Sion tota formosa, et suavis es, pulchra ut luna electa ut sol. Terribilis ut....

Lectio III.

Ego quasi terebinthus extendi ramos meos, et rami mei honoris et gratiæ. Ego quasi vitis fructificavi suavitatem odoris: et flores mei fructus honoris et honestatis. Ego mater pulchræ dilectionis, et timoris, et agnitionis, et sanctæ spei. In me gratia omnis viæ, et veritatis, inme omnis spes vitæ et virtutis. Transite ad me omnes, qui concupiscitis me, et à generationibus meis implemini: spiritus enim meus super mel dulcis, et hæreditas mea super mel et favum: memoria mea in generationes sæculorum. Qui edúnt me, ad huc esurient; et qui bibunt me, ad huc sitient. Qui

Digitized by Google

audit me, non confundetur: et qui operantur in me, non peccabunt. Qui elucidant me, vitam æternam habebunt.

℟. Quæ est ista, quæ processit sicut sol, et formosa tamquam Jerusalem? *Viderunt eam filiæ Sion, et beatam dixerunt, et Reginæ laudaverunt eam.

℣. Et sicut dies verni circumdabant eam flores rosarum, et lilia convalium. Viderunt eam....Gloria Patri. Viderunt.

IN II. NOCTURNO.

℣. Adjuvabit eam Deus vultu suo.

℟. Deus in medio ejus, non commovebitur.

SERMO SANCTI BERNARDI ABATIS.

De verbis Apoc. cap. 12.

Lectio IV.

Fidelis plané, et præpotens mediator Dei et hominum homo Christus Jesus. Nec ipsa múlier benedicta in mulieribus videbitur otiosa: invenietur equidem locus ejus in hac reconciliatione. Opus est enim mediatore ad Mediatorem istum, nec alter nobis utilior quam Maria. Quid ad Mariam accédere trépidet humana fragilitas? Nihil austerum in ea, nihil terribile. Quod si (ut verè sunt) plena omnia pietatis, et gratiæ, plena mansuetudinis, et misericordiæ, quæ ad eam pertinent, invéneris: age gratias ei, qui talem tibi mediatricem benignissima miseratione providit. Omnibus omnia facta est, omnibus misericordiæ sinum áperit, ut de plenitudine ejus accipiant universi: captivus redemptionem, æger curationem, tristis consolationem, peccator veniam, justus gratiam, angelus lætitiam; denique tota Trinitas gloriam.

℟. Signum magnum apparuit in Cœlo, mulier amicta sole, et luna sub pedibus ejus: *Et in capite ejus corona duodecim stellarum.

℣. Fundamenta ejus in montibus sanctis, diligit Dó-

Digitized by Google

minus portas Sion super omnia tabernácula Jacob. Et in capite....

Lectio V.

Nimirum ea est, quæ velut álterum solem induit sibi. Quemádmodum enim ille super bonos et malos indifferénter oritur, sic ipsa quoqué præterita non discutit mérita: sed omnibus sese exorabilem, omnibus clementissimam præbet, omnium déniqué necessitates amplissimo quodam miseratur afectu. Nam et defectus omnis sub ea: et quidquid fragilitatis seu corruptionis est, excellentissima quadam sublimitate præ cæteris omnibus excédit, et supergreditur creaturis, ut mérito sub ejus pedibus luna esse dicatur. Amplectamur Mariæ vestigia, fratres mei, et devosissima supplicatione beatis illius pedibus provolvamur. Teneamus eam, nec dimittamus, donec benedixerit nobis. Virtus Altissimi obumbravit tibi. Nihil itaque mirum, si sub tali obumbraculo, tali etiam à muliere sustineatur amictus. Mulier amicta sole. Induimini Dóminum Jesum-Christum. Quam familiaris ei facta es Domina! Quam proxima imó! quam intima fieri meruisti! Quantam invenisti gratiam apud Deum! in te manet, et tu in eo, et vestis eum, et vestiris ab eo. Vestis eum substantia carnis, et vestiris ab eo gloria suæ majestatis.

℟. Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens. * Pulchra ut luna electa ut sol.

℣. Quasi arcus refulgens inter nébulas gloriæ, et quasi flos rosarum in diebus vernis. Pulchra ut luna....

Lectio VI.

In capite, inquit, ejus corona stellarum duodecim. Dignum plané stellis coronari caput, quod et ipsis longé cláriús micans, ornet eas potiús, quam ornetur ab eis. Quidni coronent sídera quam sol vestit? Sicut dies verni circumdabant eam flores rosarum, et lilia convallium. Quis illas æstimet gemmas? Quis stellas nominet, quibus Mariæ régium diadèma compactum est? Supra hóminem est co-

Digitized by Google

ronæ hujus rationem exponere, indicare compositionem. In ea feré specie anno millesimo quingentessimo trigesimo primo mirabilitér picta Deiparæ imago Mexici apparuisse fertur, quæ inibi loci prope urbem, ubi pio Neóphito ædem sibi sacram prodigio dicitur designasse, magnifico excepta templo, ingenti cólitur populorum, ac miraculorum frequentia. Quam propterea uti præsentissimum advérsús publicas, privatasque calamitates præsidium, Archiepiscopus Mexicanus, et réliqui etiam illarum partium antistites, omnium ordinum consensione, in primariam adlegit novæ Hispaniæ Patronam, ritéque electam Benedictus XIV auctoritate Apostolica declaravit, atque officium propium, et Missam sub titulo Beatæ Virginis Mariæ Guadalupensis recitari concessit.

℟. Elegi et sanctificavi locum istum: *Ut sit ibi nomen meum, et permaneant oculi mei, et cor meum ibi cunctis diebus.

℣. Non fecit tálitér omni Nationi, et judicia sua non manifestavit eis. Ut sit ibi. Gloria Patri. Ut sit ibi...

IN III. NOCTURNO.

Lectio Sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio VII.

In illo tempore: Exurgens Maria, abiit in montana cum festinatione, in civitatem Juda. Et intravit in domum Zachariæ, et salutavit Elisabeth. Et reliqua.

Homilia S. Bernardi Abbatis.

De verb. Apocalyps. cap. 12 circa fin.

Mirabatur Elisabeth personam veniéntis, dicens: Undé hoc mihi: ut veniat mater Dómini mei ad me? Commendabat et vocem salutantis, adjiciens: Ut facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultavit in gaudio infans in utero meo: et beatificabat fidem credentis: Beata, inquiens, quæ credidisti: Magna, quidem præconia: sed

Digitized by Google

et devota humilitas nihil sibi passa retinere, in eum magis universa refudit, cujus in se beneficia laudabantur.

℟. Felix namque es sacra virgo Maria, et omni laude dignissima: *Quia ex te ortus est Sol justitiæ, Christus Deus noster.

℣. Ora pro populo, intérveni pro Clero, intercede pro devoto formineo sexu: sentiant omnes tuum juvamem, quicumque célebrant tuam sanctam festivitatem. Quia exte ortus....

Lectio VIII.

Tu, inquit, magnificas matrem Dómini, sed magnificat ánima méa Dominum. In voce mea filium pérhibes exultasse in gaudio, sed exultavit spiritus meus in Deo salutari meo: et ipse quoqué tanquám amicus sponsi gaudet ad vocem sponsi: Beatam esse dicis, quæ credidit: sed credulitatis, et beatitudinis causa respectus est supernæ pietatis; ut ex hoc magis beatam me dicant omnes generationes, quia ancillam humilem et exiguam respexit Deus. Verúmtamén nunquid putamus, Fratres, Elísabeth sanctam in eo quod per Spiritum útique loquebatur, errasse? Absit. Beáta plané quam respexit Deus, et béata quæ crédidit. Hic enim magnus divinæ respectionis extitit fructus.

℟. Beatam me dicent omnes generationes: *Quia fecit mihi Dóminus magna, qui potens est, et sanctum nomen ejus.

℣. Et misericordia ejus à progenie in progenies timentibus eum. Quia fecit. Gloria Patria. Quia....

Lectio IX.

Ineffabili siquidem artificio Spiritus superveniens tantæ humilitati magnanimitas tanta, in secretario virginei cordis accessit, ut quod videlicet nec humilitas tanta minuit magnanimitatem, nec magnanimitas tanta humilitatem. Sed cum in sua æstimatione tám húmilis esset, nihilóminus, et in promissionis credulitate magnanimis: ut quæ nihil áliud, quám exiguam esse reputabat ancillam, ad inscrutá-

Digitized by Google

bile sacramentum nullátenus se dubitaret electam, et veram Dei et hominis Genitricem crederet mox futuram. Jam te, mater misericordiæ, per ipsum sinceris-imæ tuæ mentis afectum tuis jacens provoluta pedibus luna, mediatricem sibi apud solem justitiæ constitutam devotis supplicationibus interpellat, ut in lúmine tuo videat lumen, et solis gratiam tuo mereatur obtentu, quam veré amavit præ omnibus, et ornavit, stolam gloriæ induens, et coronam pulchritudinis ponens in capite tuo.

TE DEUM LAUDAMUS.

Ad Laudes et per Horas.

Ãna. Dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suavitatis. *Psalmus. Dóminus regnavit cum reliquis de Dominica ut in Psalterio.*

Ãna. Læva ejus sub capite meo, et déxtera illius amplexabitur me.

Ãna. Nigra sum, sed formosa, filiæ Jerusalem: ideo dilexit me Rex, et introduxit me in cubiculum suum.

Ãna. Jam hiems tránsiit, imber ábiit, et recessit: surge amica mea et veni.

Ãna. Speciosa facta es, et suavis in deliciis tuis, Sancta Dei Genitrix.

CAPITULUM.

Ab initio, et ante sæcula creata sum, et usque ad futurum sæculum non désinam, et in habitatione sancta coram ipso ministravi.

HYMNUS.

O Gloriosa Virginum
Sublimis inter sidera,
Qui te creavit, párvulum
Lactente nutris úbere.
Quod Heva tristis abstulit
Tu reddis algo gérmine:

Digitized by Google

Intrent ut astra flebiles,
Cœli recludis cardines.
Tu regis alti janua
Et aula lucis fulgida:
Vitam datam per Virginem
Gentes redemptæ plaudite.
Jesu tibi sit gloria
Qui natus es de Virgine
Cum Patre, et almo Spiritu
In sempiterna sæcula. Amen.

℣. Diffusa est grátia in labiis tuis.
℟. Propterea benedixit te Deus in æternum.

Ad Benedictus Aña.

Non fecit tálitér omni nationi, et judicia sua non manifestavit eis.

Oratio ut antea.

In secundis Vesperis omnia ut in primis.

Ad Magnificat, Aña..

Læva in circuitu óculos tuos, et vide. Omnes isti congregati sùnt, venerunt libi: filii tui de longe vénient, et filiæ tuæ de látere surgent.

Oratio ut antea.

IN FESTO

San OLLEGARII, Episcopi et Confessoris.

DUPLEX.

DIE VI MARTII.

ORATIO.

DEUS qui animam beati Ollegarii Confessoris tui atque Pontificis in cœlis cum Christo regnantem, et corpus

Digitized by Google

in terris integrum, illæsumque conservas: concede propitius; ut ejus intercessione ita in hoc mundo vivamus, ut cum Christo in gloria regnare valeamus. Qui tecum vivit et regnat.

IN I NOCTURNO.

In Quadrages. Lects. *Fidelis sermo.* de commi. Conf. Pont. alias: de sac. script.

IN II. NOCTURNO.

Ollegarius, sive Ildegárius Barcinone nobili genere natus, adolescens Clericali militiæ adscriptus, ac Sanctæ Eulaliæ, Urbis Patronæ oblatus; liberalibus disciplinis, ac pietatis operibus animum intendit. Sacris initiatus ac Præpositi dignitate auctus, quó virtutes mélius excóleret, ac Deo liberius inserviret, Canonicorum Regularium Lateranensium institutum est amplexus. Ubi cum religiosi hominis ornamentis, et virtutibus excelleret, Canonicis regendis admotus, regularem disciplinam mirificé confirmavit. Mox ejus virtutum fama látiús emanante, Monasterii Sancti Rufi in Provincia Abba electus, ea prudentiæ ac sanctitatis laude Monasterium gessit, ut domus illa spiritualibus cresceret incrementis. Factumque est, ut defuncto in Balleárica expeditione Raymundo Barcinonensi Antistite, cum de successore cónsuleretur, universi populi, ac Cleri suffragia Ollegarium (qui forté tunc aderat) Episcopum deposcerent. Vir Dei Pastorale onus invicta humilitate declinans, noctu clám aufugiens, in Cænobium Sancti Rufi se recepit. Verúm Paschatis Secundi Romani Pontificis (adquem Comes in Italiam návigans deprecatores miserat) præcepto in virtute sanctæ obedientiæ, cui cum omni humilitate paruit, per Cardinalem Bosonem Legatum à latere summa omnium gratulatione in Throno Barcinonensis Ecclesiæ collocatur.

℟. Inveni David servum meum oleo sancto meo unxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei.

℣. Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non nocebit ei. Manus enim....

Digitized by Google

Lectio V.

Factus Episcopus, cum morum castitate, verbi Dei prædicatione, atque Ecclesiasticæ immunitatis zelo Pastoris optimi partes impleret ad suscipiendam quoqué Tarraconensis Ecclesiæ administrationem, Civitate pridém é Maurorum servitute erepta, (licet reluctans) postulatur. Návigans itaqué Romam, ad Sanctorum Apostolorum limina visitanda, et mox Cajetam à Gelasio Secundo, qui Paschali successerat; Archiepiscopus confirmatus, pallio accepto, cum ad suos, Romam iterúm ad Lateranensem Concilium à Callixto páriter Secundo accersitur. Mox ingenti fidei ardore succensus, in Palæstinam trajiciens, cum loca sancta viseret, ac præsens veneraretur, à Jerosolymitano Patriarcha honorificentissimé exceptus, plurimos prædicatione et exemplo ad Christianam fidem perduxit. Ad suam tandém Ecclesiam reversus, cum totum se ad Cleri mores reformandos contulisset, iterata Synodorum celebratione, constitutis erga paupores, et nosocomia præcipué charitatis sanctissimis legibus ecclesiasticam disciplinam vel restituit vel firmavit.

℟. Posui adjutorium super potentem, et exaltavi electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei.

℣. Inveni David servum meum oleo sancto meo unxi eum. Manus enim....

Lectio VI.

Cum autem ea tempora multis gravibusque dissensionibus inter Próceres, et Regiones redundarent. Ollegarius potens opere et sermone, dissidentes ad pacem, atque concordiam magna ex parte revocavit. Quo in studio occupatus cum Hispania pené tota schismati Petri Leonis adhæreret, Innocentium Secundum Summum Pontificem, ad Claramontanum Concilium, infracto animo procédens, egregié adjuvit: dignus proptérèa, quod et à Sancto Bernardo Claravallensi Abbate summis laudibus celebraretur. Denique vir Dei, inmensis laboribus exhaustus, cum jam ad Maurorum irruptiones arcendas, Tarraconiæ Civitatis mœnia éxtrui,

Digitized by Google

ac primarium Templum in honorem Sanctæ Theclæ ædifiari curasset, mortem sibi vicinam prænuntians, in morbum incidit, quo diutiús affictatus, cum plurima humilitatis, patientiæ, et charitatis documenta præbuisset, Ecclesiasticis Sacramentis munitus, inter lacrymas, suspiriaque filiorum, beatum Deo spiritum reddidit, pridie Nonas Martii millessimi centenssimi trigesimi sexti. Post cujus mortem Sanctus Vincentius Ferrerius prædicavit quoddam insigne miraculum, sub his verbis: Recitemus nunc miraculum de Sancto Ollegario Episcopo. Quibus motus Clemens Decimus suam festivitatem sub ritu duplici celebrari, ac recitari indulsit. Ejus corpus incorruptum adhuc post quinque sæcula in Cathedrali Barcinonensi, jacet in quodam sepulcro marmoreo, mirabili arte confecto, ubi honorificentissimé colitur.

℟. Iste est, qui ante Deum magnas virtutes operatus est, et omnis terra doctrina ejus repleta est: * Ipse intercedat pro peccatis omnium Populorum.

℣. Iste est qui contempsit vitam mundi, et pervenit ad cœlestia regna. Ipse. Gloria Patri. Ipse....

IN III. NOCTURNO.

HOMILIA in Evang. *Homo peregré.* De Communi Confessoris Pontificis.

DIE XI MARTII

OFFICIUM IN FESTO

S. ZACHARIÆ Confess. Patris S. JOANNIS BAPTISTÆ

Ab Universo Clero Sæculari, & Regulari utriusque sexus Civitatis, & Diœcesis Boni-Aeris in America recitandum.

DUPLEX MINUS.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, exceptis his, quæ habentur propria.

ORATIO.

VIGEAT, quæsumus Dómine semper in cordibus nostris divinæ tuæ presentiæ memoria, Beati Zachariæ Sanctis-

Digitized by Google

simi Præcursoris tui Patris suffragantibus meritis: ut te super omnia diligentes ad promissiones tuas, quæ omne desiderium superant, sine offensione curramus. Qui vivis, & regnas cum Deo Patre &c.

IN I. NOCTURNO.

Lectiones de Scriptura ocurrente.

IN II. NOCTURNO.

Lectio IV.

Sermo Sancti Joannis Chrysostomi.

Homil. 2 contra Anomœos.

Fuit Zacharias miræ virtutis, præclarique, nominis, Sacerdotio præditus, & patrocinium totius populi commeritus apud Deum immortalem: qui Sancta Sanctorum ingressus, ipsum scilicet penetrale, quòd uni fas erat illi inspicere, ac pro populo Deo supplicans, & Dóminum reddens propitium famulis, quasi quidam esset interpres Dei, & hominum, vidit Angelum intra parietem sacri illius Domicilii stantem, cujus aspectu ictus, atque expavidus audiit: Noli timere Zacharia: exaudita est oratio tua, & ecce Elisabeth uxor tua pariet filium. Tu autem Dómine.

℟. Honestum fecit illum Dóminus, & custodivit eum ab inimicis, & a seductoribus tutavit illum: * Et dedit illi claritatem æternam.

℣. Justum deduxit Dóminus per vias rectas, & ostendit illi Regnum Dei. Et dedit illi.

Lectio V.

Sed unde hæc verba consequendi habent rationem? Ille pro populo rogabat, pro peccatis veniam suis conservis implorabat; hic, noli timere, inquit; nam exaudita est oratio tua, atque exaudiendi inditium addit, Filium in luce venturum Joannem. Vide quam recte ista sequantur. Cum pro peccatis rogaret populi, nasci ex eo debere filium, qui

Digitized by Google

clamaret: Ecce Agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Ratione sane optima, ita Angelus retulit, exaudita est oratio tua. Tu autem Dómine.

℟. Amavit eum Dóminus, & ornavit eum, stolam gloriæ induit eum. * Et ad portas paradisi coronavit eum.

℣. Induit eum Dóminus loricam fidei, & ornavit eum. Et ad portas.

Lectio VI.

Quid ille ad hæc? conspicatus est suam ætatem, suam canitiem, animadvertit suæ uxoris naturam sterilem, atque ita diffidit, & modum, quo ita fieret, petiit. Nonne illi seni dixeris ignoscendum, cum rerum ordinem petat, & legem naturæ consideret? Sed tamen Deo nullam veniam mereri visus est. Cum enim asserit Deus, nullus rerum consequentiæ, aut naturæ necessitati locus relinquitur. Idcirco moleste Angelus tulit, ne Sacerdotii quidem negotio pepercit; immo ob idipsum pœnam illi subeundam censuit graviorem. Qui enim plusquam cæteri obtinebat honoris, fidem quoque habere debebat cæteris ampliorem. Et eris, inquit, tacens, & non poteris loqui usque in diem, quo hæc fient. Tu autem Dómine.

℟. Iste homo perfecit omnia, quæ locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingredere in requiem meam: *Quia te vidi justum coram me ex omnibus Gentibus.

℣. Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cœlestia regna. Quia te. Gloria Patri. Quia te.

IN NOCTURNO. III.

Lectio Sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio VII. *Cap.* 1, 5.

Fuit in diebus Herodis Regis Judeæ Sacerdos quidam nomine Zacharias, de vice Abía, & uxor ejus de filiabus Aaron, & nomen ejus Elisabeth. Et reliqua.

Homilia sancti Petri Chrysologi.

Sermo 91.

Digitized by Google

AURUM de terra legere qui noverunt, ubi divitem senserint venam, ibi quidquid artis est, quidquid laboris impendunt. Et nos quia in Sancto Zacharia cœlestem novimus latere thesaurum: in ipso totum, quod sermonis est nostri, quod vestri auditus est, occupemus. Fuit, inquit, in diebus Herodis Regis Judææ sacerdos quidam nómine Zacharias ex vice Abía, & uxor ejus de filiabus Aaron, & nomen ejus Elisabeth. Erant autem justi ambo ante Deum. Ambo justi, quia in ambobus erat una justitia. Ambo justi quia constabat inter eos non de diligentia, sed de sanctitate conjugium. Ambo justi, quia sexu dispares, pares meritis habebantur. Ambo justi, quia ut erat in duobus una caro, sic erat in duobus unus spiritus. Tu autem Dómine.

℟. Iste est, qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & de omni cordi suo laudavit Dóminum: *Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum.

℣. Ecce homo sine querela verus Dei cultor, abstinens se ab omni opere malo, & permanens in innocentia sua. Ipse intercedat.

LECTIO VIII.

ERANT, inquit, justi ambo ante Deum. Et ubi est illud: non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens? Ante homines forte quis putetur justus, quia homines ut culpas hominum norunt, sic vitia mentis ignorant, Ante Deum vero, cui peccatoris claustra patent, quem cogitationum secreta non latent, quis Innocens habetur, & justus? Est ne homo, qui corde non peccet, non cogitatione delinquat, non offendat dubitatione, non lapsum trepidationis incurrat? Moyses dubitat, Aaron deviat, Petrus negat, & quis justus? Et quomodo ambo justi ante Deum? Ante Deum, sed semper. Ambo justi apud Deum non labore, sed gratia. Audi Apostolum: Justificati gratis per gratiam ipsius. Tu autem.

℟. Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris: *Et vos similes homínibus expectantibus. Dóminum suum, quando revertatur a nuptiis.

Digitized by Google

℣. Vigilate ergo, quia nescitis, qua hora Dóminus vester venturus sit. Et vos: Gloria Patri. Et vos.

Lectio IX.

Erant, inquit, ambo justi ante Deum, incedentes in omnibus mandatis, & justificationibus Dei sine querela. Incedentes, dixit, ut eos ostenderet concurrisse virtutibus, non stetisse: & ambulasse in via justitiæ, non sedisse, nec remansisse in itinere mandatorum, sed ad mandatorum plenitudinem pervenisse. Incedentes in omnibus mandatis, & justificationibus Dei sine querela: Beati quos percutit, non vulnerat crimen; sed beatiores isti, quos tetigit nec querela. Sine qucrela: Si pueritia, si juventus sine querela est, qualis horum senectus! Si tale initium, qualis finis! Ascendisse justificationum vertices, colles mandatorum, nec in aliquo titubasse, est gratiæ singularis, est unicæ felicitatis insigne. Tu autem Dómine.

Te Deum laudamus:

Reliqua de Communi Confessoris non Poutificis, præter Orationem propriam.

DIE XV MARTII.

IN FESTO

SAN RAYMUNDI DE SERRA, Abbatis et Fundatoris Ordinis Militaris de Calatrava.

DUPLEX.

Omnia de com. C. non Pontif. In Hymno Iste Confessor. *variat 3 vers.*

ORATIO.

Deus, qui beato Raymundo Abbati prælíari prælia tua, et fidei inimicos superare dedisti: concede, ut ejus

Digitized by Google

nos intercessione muniti, ab hostibus mentis et corporis liberemur. Per Dóminum.

Lects. Imi. nocturni in quadrag. erunt: *Justus si morte.* Si transferatur erunt de Sacr. Scriptura.

IN II NOCTURNO.

RAYMUNDUS, Canonicus Ecclesiæ Turiasonensis in Regno Aragoniæ, quó divina procúl à mundi strepitu liberiús contemplaretur, superno spiritu afflante, in solitudinem se recepit; deindé cum Cisterciensium monachorum fama undequáquè diffunderetur, illud ampléxus est institutum, ac longé latéque evulgata ejus vitæ sanctimonia, Abbas monasterii Beatæ Mariæ de Fitero constitutus est. Postquam verbo et exemplo ad omne opus pietatis suos induxisset, copiosum exercitum fidelium collegit, castrum de Turrungen, et Calatravam à Mauris tuendam de manu Sanctii Castellæ Regis suscepit, ac peritia rei militaris mirabiliter pollens, Saracenos fugavit, multasque Urbes expugnavit. Novo, et usque ad ea tempora inaudito exemplo Raymundus monachatui militiam conjunxit: Ordinem militarem de Calatrava nuncupatum, et in tota Europa celeberrimum, ac à pluribus Summis Pontificibus approbatum instituit sub régula, légibus, ac visitatione Cisterciensium, ex quo alii Ordines militares de Alcantara, de Christo, de Avibus, de Montesia, de Montefranco, de Montegaudio, et de Truxillo eidem religioni Cisterciensi subjecti prodierunt.

℟. Honestum fecit illum Dóminus, et custodivit eum ab inimicis, et à seductoribus tutavit illum: *Et dedit illi claritatem æternam.

℣. Justum deduxit Dóminus per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei. Et....

LECTIO V.

HÆC fuere prima semina inclitæ militiæ, subqua tot viri, tot principes, tot duces, tot etiam áliæ Relig.ᵉ militiæ profiterentur. Hujus noviordinis milites, quándiú à prælio abstinebant, adamúsim observabant victum, vestitum, psal-

Digitized by Google

modiam, contemplationem, opus manuum, silentium, vigiliasque, ac deniqué mútuam quotidianorum defectum proclamationem, ut nihil minus à monachis efficerent. Hinc præceptum est communi assensu et deliberatione capituli generalis Cisterciensis, ut illius ordinis milites essen filii monasterii Morimundi, utque Abbas, et domus éadem, in eos jus illud filiationis haberet quale in Morimundo noscitur habere Cistercium. Eidem militiæ beatus Raymundus, ultra ipsam Calatravæ arcem, et óppidum, plura alia loca, et castra acquisivit.

℟. Amavit eum Dóminus, et ornavit eum, stolam gloriæ induit eum: * Et ad portas paradisi coronavit eum.

℣. Induit eum Dóminus loricam fidei, et ornavit eum. Et ad portas....

Lectio VI.

Tandem vir sanctus, utriúsque militiæ cœlestis, et terrenæ supremus ductor, post multas victorias partas de Saracenis, plures de dœmone, post caputiatas gáleas orbi inductas cunctis fidei inimicis formidabiles, post homines aptatos utriusque armis, qui et ad sónitum búccinæ leones, et ad tympani ictum agnos, illud in prælio, hoc in claustris imitarentur, plenus dierum, et virtutum, anno salutis millesimo centesimo sexagesimotertio, et sexto regiminis ordinis á se inchoati, animam emisit, multis post mortem miraculis illustris. Sacræ ejus corporis exúviæ Toletum translatæ in monasterio montis Sion, auctoritate Pauli Papæ Secundi, litteris datis die decima quinta mensis Martii, anno millesimo, quadrigentésimo sexagesimo octavo, super altaris aram ad epistolæ cornu decéntèr collocatæ fuerunt, ádditis à Summo Pontifice indulgentiis, iis, qui eum locum devoté visitaverint.

℟. Iste homo perfecit omnia, quæ locutus est ei Deus, et dixit ad eum: ingredere in requiem meam: * Quia te vidi justum coram me ex omnibus gentibus.

℣. Iste est, qui contempsit vitam mundi, et pervenit ad cœlestia regna. Quia. Gloria Patri. Quia....

Digitized by Google

IN NOCTURNO. III.

Lectio Sancti Evangelii secundum Lucam. *Cap.* 3.

In illo tempore: Dicebat Joannes ad turbas, quæ exibant, ut baptizarentur ab ipso: Genimina viperarum, quis ostendit vobis fúgere à ventura ira? Et reliqua.

HOMILIA SANCTI BERNARDI ABATIS.

In exhortatione ad Milites Templi.

Si percutere in gladio omninó fas non est Christiano, cur ergo præco Salvatoris conténtos fore suis stipendiis militibus indixit, et non potiús omnem eis militiam interdixit? Sed secúré dissipentur gentes, quæ bella volunt, et abscindantur, qui nos conturbant. Exeratur gladius uterque fidelium in cervices inimicorum, ad destruendam omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei, quæ est Christianorum fides; Nequando dicant gentes: Ubi est Deus eorum? Porró imminente bello, intus fide, foris ferro, non auro se muniant, quátenús armati, et non ornati hostibus metum incutiant, non próvocent avaritiam. Deindé non turbulenti, aut impetuosi, et quasi ex levitate præcipites, sed consulté, atque cum omni cautela, et providentia seipsos ordinantes, et disponéntes in áciem juxta quod de patribus scriptum est: Veri profectó Israelitæ procèdunt ab bella pacifici.

℟. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, et omnis terra doctrina ejus repleta est: * Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum.

℣. Iste est, qui contempsit vitam mundi et pervenit ad cœlestia regna. Ipse....

Lectio VIII.

At veró ubi ventum fuerit ad certamen, tum demum pristina lenita te postposita, tanquam si dicerent: Nónne qui odérunt te, Dómine, óderam, et super inimicos tuos tabescebam? Irruunt in adversarios, hostes velut oves

Digitized by Google

réputant, nequáquam, etsi paucissimi, vel sævam barbariem, vel numerosam multidinem formidantes. Noverunt siquidem non de suis præsumere viribus, sed de virtute Dómini Sábaoth sperare victoriam: cui nimirum facile esse confidunt, juxta sententiam Machabæi, concludi multos in manus paucorum, et non esse differentiam in conspectu Dei cœli liberare in multis, et in paucis: quia non in multitudine exercitus est victoria belli, sed de cœlo fortitudo est. [Ita denique] miro quodam, ac singulari modo cernuntur, et agnis mitiores, et leonibus ferotiores: ut pené dubitem, quid potiús sentiam apellandos, monachos videlicet, an milites, nisi quod utrumque forzan congruentius nominarem, quibus neutrum deésse cognoscitur, nec monachi mansuetudo, nec militis fortitudo. De qua re quid dicendum, nisi quod à Dómino factum est istud, et est mirabile in oculis nostris? Tales sibi elegit Deus, et collegit à finibus terræ ministros ex fortissimis Israël, qui viri lectulum Salomonis vigilantér, fideliterque custodiant, omnes tenentes gladios, et ad bella doctissimi.

℟. Sint lumbi vestri præcincti, et lucernæ ardentes in manibus vestris: *Et vos similes hominibus expectantibus Dóminum suum, quando revertatur à nuptiis.

℣. Vigilate ergo, quia nescitis, qua hora Dóminus vester venturus sit. Et vos. Gloria Patri. Et vos....

Nona lectio dicitur de Homilia occurrenti. Si veró transferri contigerit tunc dividatur octava lectio ab illis verbil [Ita denique] *quæ cum sequentibus usque ad finem, legentur pro nona lectione.*

Missa Os justi *de comm. Abbatum cum oratione et evangelio officii.*

Digitized by Google

XVI MART.

IN FESTO

Sta. ELISABETH Matris, S. JOANNIS BAPTISTÆ

Omnia de communi nec Virg. nec Mart. exceptis his, quæ hic habentur propria.

Ad Vesperas.

Antiph. ut in Laudibus.
Psalm. de comm. nec virg. nec mart.

Capitulum.

Fuit in diebus Herodis Regis Judæ, Sacerdos quidam nomine Zacharias de vice Abia, & uxor ejus de Filiabus Aaron, & nomen ejus Elisabeth.

Hymnus.

Hujus oratu....
℣. Elisabeth Zachariæ magnum virum genuit.
℟. Joannem Baptistam Præcursorem Dómini.

Ad Magnificat Antiphona.

Ut audivit salutationem Mariæ, repleta est Spiritu Sancto Elisabeth, & exclamavit voce magna. Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui.

Oratio.

Deus, qui in præclara sterilis Beatæ Elisabeth fœcunditate mundum lætificasti; præsta quæsumus, ut per quam Cœlestis Regis Præconem in terris audivimus, ejus quoque precibus sempiternæ vitæ gaudia in Cœlo percìpere mereamur. Per eumdem Dóminum &c.

Ad Matutinum.

Invitator. Matris Præcursoris Dóminum * Venite adoremus. *Hymnus.* Hujus oratu.

Digitized by Google

IN I NOCTURNO.

NOMEN ejus Elisabeth de filiabus Aaron. *Psalm.* *Antiph.* Dómine Dóminus noster....

Antiph. Non erat eis filius, eo quod esset Elisabeth sterilis. *Psalm.* Cœli enarrant....

Antiph. Apparuit Zachariæ Angelus Dómini a destris Altaris incensi. *Psalm.* Dómini est terra....

℣. Ego sum Gabriel.

℟. Qui asto ante Deum.

Lectiones de scrip. ocurr.

℟. 1. De Tribu Sacerdotali prognati. *Zacharias & uxor ejus.

℣. Processerunt in diebus suis. Zacharias....

℟. 2. Elisabeth & Vir ejus. *Ambo justi coram Deo.

℣. Incedentes in omnibus mandatis Dómini. Ambo &c.

℟. 3. Elisabeth Cognata Beatisimæ Virginis. *Concepit filium in senectute sua.

℣. Gaude & lætere de uxore felice. Concepit &c. Gloria Patri &c. Concepit &c.

IN II NOCTURNO.

Antiph. Ne timuas Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua. *Psalm.* Eructavit cor meum....

Antiph. Uxor tua pariet tibi filium, & vocabitur nomen ejus Joannes. *Psalm.* Deus noster....

Antiph. Erit gaudium tibi, & multi in nativitate ejus gaudebunt. *Psalm.* Magnus Dóminus....

℣. Turbatus est videns.

℟. Et timor irruit super eum.

LECTIO IV.

Sermo S. Petri Chrysologi. Serm. 92.

POST hæc autem concepit Elisabeth uxor ejus. Erat illis conjugii facultas, quibus inerat adhuc legis adolescen-

Digitized by Google

tia, instabat adhuc Religionis instantia. Lex, Fratres, illicita prohibuit, licita non negavit, intra donum tenuit, supra donum conferre nihil potuit, naturam rexit, supra naturam hominem non erexit. Lex Fidei janua, gratiæ nuncia, Evangelii prævia pedagogus Religionis instantiæ, remisit in Sacerdotio legali conjugii castitatem; ut in Pontificatu gratiæ venturam perpetuæ virtutis gloriam nunciaret. Secundum hanc ergo indulgentiam Elisabeth annositate jam mortua sanctum reviviscit in partum, & arida atque exarata rugis membra medullis vitalibus in viscera fœcunda viridantur. Ipsum quoque tempus, ipsum, in quo desierat, revoeatur ad corpus, & vetustate nimia domus uteri dilapsa, in faciem novam repentè reparatur. Stupet ordo, deficit consuetudo, miratur ipsa natura ex apparatu mansionis hospitis meritum, dignitasque innotescit.

Tu autem Dómine &c.

℟. Uxor tua Elisabeth pariet tibi filium. *Et vocabitur Joannes.

℣. Erig magnus coram Dómino.

℟. Et vocabitur &c.

Lectio V.

Et occultabat se Elisabeth mensibus quinque, quia erat divini muneris, sui tamen temporis non erat quod habebat. Erubescit anus fœta, fœcundatur vetula primi partus, & puerperam senectus abscondit extrema, ne sterilitatis opprobrium risus sœcundæ senectutis augeret. Hinc est, quod Elisabeth sacrum vult celare mysterium, dicendo, quia sic mihi fecit Dóminus: ut modo conceptus fatiget verecundia, quam diu negari partus ærumna afflixit Pater tacet ex pœna, ex verecundia mater celat. O quanta silentio vox nascitur! O quanta taciturnitate tuba sæculis inclamatura generatur! O quod secretum Diuini Judicis dat Præconem!

Tu autem Dómine &c.

℟. Elisabeth Zachariæ magnum Virum genuit. *Joannem Baptistam.

Digitized by Google

℣. Ipse præcedet ante Dóminum in spiritu, & virtute Eliæ. Joannem Baptistam.

Lectio VI.

Quia sic mihi fecit Dóminus in diebus, quibus respexit auferre opprobrium meum inter hómines. Honor conjugii, matrimonii dignitas est procreatio dulcium liberorum. Satis enim grave est, & satis triste, et virginitatis carere prœmio, & filiorum solatia non habere, sustinere onera matrimonii, & ad fructum matrimonii non venire. Hinc est, quod gaudet a se ablatum sterilitatis opprobrium, quia hoc apud homines miserum computatur, apud Deum veró reatus nullus est, ubi parentis culpa nulla est, sed judicium denegantis. Sed jam nunc ignava carnis intelligentia sit remota, tota corporei sexus baiiciatur infirmitas, & quæcumque este, ingenii humani omnis excludatur intentio. Fidei pateant oculi, cordis reserentur aures, mentis currat & incurrat incessus, ut pervenire ad mysterium virginei conceptus, ad Sacramentum partus virginei penetrare possimus.

Tu autem Dómine &c.

℟. Gaude Beata Elisabeth prænunciata ab Angelo. *Viro tuo Zachariæ.

℣. Paritura Joannem, ut gaudium, & exulatio esset viro tuo Zachariæ. Gloria Patri &c.

Viro tuo Zachariæ.

IN III. NOCTURNO.

Antiph. Elisabeth, Cognata Beatissimæ Virginis Mariæ, concepit filium in senectute sua. *Psalm.* Cantate Dómino cauticum novum: *cantate....

Antiph. Joannes filius Elisabeth major inter natos mulierum. *Psalm.* Dóminus regnavit....

Antiph. Repleta est Spiritu Sancto Elisabeth. *salm.* Cantate Dómino canticum novum: *quia mirabilia fecit....

Digitized by Google

Lectio VII.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

In illo tempore: Exurgens Marîa abiit in montana cum festinatiône in civitatem Juda. Et intravit in domum Zachariæ, et salutavit Elisabeth. Et reliqua.

Homilia S. Ambrosii Episcopi.

Contuèndum est, quia superior venit ad inferiorem, ut inferior adjuvetur; Maria ad Elisabeth, Christus ad Joannem. Denique etiam postea, ut sanctificaret baptismum Joannis, Dóminus venit ad baptismum. Citó quoque adventus Mariæ, et præsentiæ divinæ beneficia declarantur. Vide distinctionem, singularumque verborum propietatem. Vocem prior Elisabeth audivit, sed Joannes prior gratiam sensit. Illa naturæ órdine audivit, iste exultavit ratione mysterii. Illa Mariæ, iste Dómini sensit adventum. Istæ gratiam loquuntur, illi intus operantur, pietátisque mysterium maternis adoriuntur profectibus: duplicique miràculo prophetant matres spiritu parvulorum. Exultavit infans, repleta est máter. Non prius mater repleta, quam filius: sed cum filius esset repletus Spiritu Sancto, replevit et Matrem. Tu autem Dñe.

℟. 1. Concepit Elisabeth uxor ejus. *Et ipsa occultabat se mensibus quinque.

℣. Mense autem sexto missus est Angelus Gabriel. Et ipsa &c.

Lectio VIII.

Et unde hoc mihi, ut veniat mater Dómini mei ad me? Hoc est, quod tantum bonum mihi accidit, ut mater Dómini mei veniat ad me? Miraculum sentio, agnosco mysterium: mater Dómini, verbo fœta, Deo plena est. Mansit autem Maria cum illa mensibus tribus, et reversa est in domum suam. Bené inducitur Sancta Maria, et exhibuisse officium, et mysticum numerum custodisse. Non enim sola familiaritatis est causà, quod diu mansit, sed etiam tanti vatis profectus. Nam si primo ingressu tantus

Digitized by Google

profectus extitit, ut ad salutationem Mariæ exultaret infans in utero, repleretur Spiritu Sancto Mater infantis: quantum putamus usu tanti temporis sanctæ Mariæ addidisse præsentiam? Ungebatur itaque, et quasi bonus athleta exercebatur in utero matris Propheta: amplissimo enim virtus ejus certamini parabatur. Tu autem Dñe....

℟. 2. Elisabeth impletum est tempus pariendi. *Et peperit Joannem.

℣. Nequaquam Zacharias, sed vocabitur Joannes. Et peperit....Gloria Patri &c. Et peperit....

Ad Laudes et per Horas.

Lectio IX.

Et Homil. de Fer occurr.

Antiph. Exurgens Maria abiit in montana cum festinatione.

Psalm. Dóminus regnavit *cum reliq. de Dominica.*

Antiph. Intravit Maria in domum Zachariæ, & salutavit Elisabeth.

Antiph. Ut audivit salutationem Mariæ Elisabeth exultavit Infans in utero ejus, & repleta est Spiritu Sancto.

Antiph. Elisabeth exclamavit: benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui.

Antiph. Ex quo facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, & exultavit Infans in utero meo.

Capitulum.

Fuit in diebus Herodis *ut supra in Vesper.*

℣. Diffusa est gratia &c.

℟. Propterea &c.

Ad Benedictus Antiph.

Ecce enim ut facta est vox salutationis tuæ in auribis meis exultavit in gaudio Infans in utero meo. *Oratio ut supra.*

Digitized by Google

AD TERTIAM.

Capitulum.

Fuit in diebus Herodis &c.

℟. Ecce Cognata tua Elisabeth. *Ipsa concepit in senectute sua. Ecce &c.

℣. Quia non erat imposibile apud Deum. Ipsa concepit in senectute sua. Gloria Patri &c. Ecce Cognata tua.

℣. Adjuvabit eam Deus vultu suo.

℟. Deus in medio ejus non commovebitur.

AD SEXTAM. Capit.

Elisabeth autem impletum est tempus pariendi, & peperit filium, & audierunt vicini, & cognati ejus, & congratulabantur ei.

℟. Gaudete in Dómino semper. *Iterum dico gaudete. Gaudete &c.

℣. Vicini & cognati ejus. Iterum &c. Gloria Patri &c. Gaudete &c.

℣. Elegit eam Deus, & præelegit eam.

℟. In tabernaculo suo habitare facit eam.

AD NONAM. Capit.

Et factum est in die octavo venerunt circumcidere puerum, & vocabant eum nómine Patris sui Zachariam.

℟. Elisabeth dixit. *Nequaquam Zacharias. Elisabeth &c. Sed vocabitur Joannes. Nequaquam &c. Gloria Patri &c. Elisabeth &c.

℣. De ventre Matris meæ.

℟. Recordatus est nominis mei.

In secundis Vesperis omnia ut in primis.

AD MAGNIFICAT. Antiph.

Zacharias scripsit dicens: Joannes est nomen ejus.

Digitized by Google

DIE XVIII MARTII, ET FIXA 20 EJUSDEM.

IN FESTO

S. BRAULII, Episcopi et Confessoris

DUPLEX.

Omnia de Com. C. Pontif. præter ea quæ sepuntur propia.

Oratio.

Ecclesiam tuam, Dómine, perpetuis tuere præsidiis, quam Beati Braulii Confessoris tui, atque Pontificis munire volui-ti zelo, eruditione et exemplo. Per Dom.

IN I NOCTURNO. Lectiones.

Fidelis sermo. de eodem communi.

Ex propia manu Benedicti decimi quarti Pontificis.

IN II NOCTURNO.

Lectio IV.

Braulius Episcopus Cæsaraugustanus, quanta futurus esset sanctitate et doctrina, egregium ab ineunte cetate specimem dedit. Ab óptimis enim parentibus pié et liberálitér institutus, adéo in excollenda virtute brevi profecit, ut morum gravitate, et castimonia virum jam perfectum exhiberet. Litteris veró informandus Sancto Isidoro Episcopo Hispalensi traditus, id primum est assecutus, ut ab eo charissimi filii loco haberetur: tanti deinceps illum fecerit, ut libros ei suos ad emendandum, atque ordinandum commendaret. Aucta in dies virtutis ejus opinione ad Archidiaconatus gradum provectus est; quod ille munus, uti Episcopi vices agentem decebat, strenué adeó ac sapienter implevit, ut Sacerdotio dignus omnibus videretur.

℟. Invéni David servum meum óleo sancto meo unxi eum: *Manus enim mea auxiliabitur ei.

Digitized by Google

℣. Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non nocebit ei. Manus....

Lectio V.

Itaque defuncto Joanne fratre, qui ex monachorum patre Cæsaragustæ factus Episcopus, litteris ac pietate claruerat, mira totius Cleri, populique divinitú excitati consensione, in ejus locum suffectus est. Primas inter suscepti ministerii curas, servandæ, tuendæque fidei, ac disciplinæ eximium fuit illi studium, et cura. Concilio Toletano quarto, à quo in pósterum celebrandorum forma constituta est, inter illustriores patres ádfuit uná cum Isidoro magistro olim suo egrégié ad labórans, cui deindé supérstes in Toletano quinto, et sexto præ ceteris patrum fulsit, digniorque est habitus, cui actionum, et cánonum dirigendorum cura mandaretur. Quaré cum aliis operibus, tunc sacris canonibus clarus, à Sancto Ildephónso celebratus est.

℟. Posui adjutorium super potentem, et exaltavi electum de plebe mea: *Manus enim mea auxiliábitur ei.

℣. Inveni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum. Mauus....

Lectio VI.

Ecclesiæ veró suæ non minús exemplo profuit, quam doctrina. Sui nempé severus exactor, et corpus jugi maceratione subegit, et à vitiis animum prorsús continuit, elatione præsertim, quam tanta humilitate fregit, ut cum summa virtutum laude apud omnes clareret, bellorum tamen, et famis, et pestilentiæ, aliasque suorum témporum calamitates velut pænas sibi ómnium nequissimo débitas profiteretur. Inter gravissimas curas, et angustias semper invictus, núnquam à divini verbi prædicatione, à labore núnquam cessavit. Difficillimis quoque temporibus vetus templum sanctarum olim Massarum nuncupatum, à fundamentis restituit. Tandém sénio confectus, et magnis in Ecclesiam méritis, migravit in cœlum, cum sedisset annos feré viginti. Ejus corpus post sexentos ab obitu annos,

Digitized by Google

Sancto Valerio Episcopo indicante, repertum in Basilica Sanctæ Mariæ, quam de Colúmna vocant, ad aram maximam translatum, magna populi religione servatur et colitur.

℟. Iste est, qui ante Deum magnas virtutes operatus est, et omnis terra doctrina ejus repléta est: *Ipse intercedat pro peccatis ómnium populorum.

℣. Iste est, qui contempsit vitam mundi, et pervenit ad cœlestia regna. Ipse intercedat. Gloria Patri. Ipse intercedat....

IN NOCTURNO. III.

Homilia in Evangelio, *Homo perégré.* de eod. comm. Missa *Statuit.* cum prop. orat.

OFFICIUM

QUINQUE PLAGARUM DOMINI NOSTRI

JESU CHRISTI.

FERIA VI POST CINERES.

Ex Decreto S. R. C. die 4 Julii 1733, posteaque extensum per alia particularia Decreta ejusdem S. Cong.

DUPLEX MAJUS.

Ad Vesperas.

Aña. Verè languorus nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit.

Psalmus 115.

Credidi, propter quod locutus sum: *ego autem humiliatus sum nimis.

Ego dixi in excessu meo: *omnis homo mendax.

Quid retribuam Dómino: *pro omnibus quæ retribuit mihi?

Digitized by Google

Calicem salutaris accipiam: *& nomen Dómini invocabo.

Vota mea Dómino reddam coram omni populo ejus: *pretiosa in conspectu Dómini mors Sanctorum ejus.

O Dómine, quia ego servus tuus: *ego survus tuus, & filius ancilæ tuæ.

Dirupisti vincula mea: *tibi sacrificabo hostiam laudis, & nomen Dómini invocabo.

Vota mea Dómino reddam in conspectu omnis populi ejus, *in atriis domus Dómini, in medio tui Jerusalem.

Añа. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit.

Añа. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra.

Psalmus 119.

Ad Dóminum cum tribularer clamavi: *& exaudivit me. Dómine libera animam meam à labiis iniquiis, *& à lingua dolosa.

Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi *ad linguam dolosam?

Sagittæ potentis acutæ, *cum carbonibus desolatoriis.

Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est; habitavi cum habitantibus Cedar: *multum incola fuit anima mea.

Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus, *cum loquebar illis, impugnabant me gratis.

Añа. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra.

Añа. Alligavit Dóminus plagam populi sui, & percussuram ejus sanavit.

Psalmus 139.

Eripe me Dómine ab hómine malo: *à viro iniquo eripe me.

Qui cogitaverunt iniquitates in corde: *tota die constituebant prælia.

Digitized by Google

Acuerunt linguas suas sicut serpentis: *venenum aspidum sub labiis eorum.

Custodi me Dómine de manu peccatoris, *& ab hominibus iniquis eripe me.

Qui cogitaverunt supplantare gressus meos: *absconderunt superbi laqueum mihi.

Et funes extenderunt in laqueum: *juxta iter scandalum posuerunt mihi.

Dixi Dómino: Deus meus es tu: *exaudi Dómine vocem deprecationis meæ.

Dómine, Dómine virtus salutis meæ: *obumbrasti super caput meum in die belli.

Ne tradas me Dómine à desiderio meo peccatori: *cogitaverunt contra me, ne derelinquas me, ne forte exaltentur.

Caput circuitus eorum: *labor labiorum ipsorum operiet èos.

Cadent super eos carvones, in ignem dejicies eos: *in miseriis non subsistent.

Vir linguosus non dirigetur in terra: *virum injustum mala capient in interitu.

Cognovi quia faciet Dóminus judicium inopis: *& vindictam pauperum.

Verumtamen justi confitebuntur nómini tuo; *& habitabunt recti cum vultu tuo.

Añа. Alligavit Dóminus plagam populi suis, & percussuram ejus sanavit.

Añа. Omnis qui transibit, stupebit super omnes plagas ejus.

Psalmus 140.

DÓMINE clamavi ad te, exaudi me: *intende voci meæ, cum clamavero ad te.

Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: *elevatio manum mearum sacrificium vespertinum.

Pone Dómine custodiam ori meo: *& ostium circunstantiæ labiis meis.

Digitized by Google

Non declinet cor meum in verba malitiæ: *ad excusandas excusationes in peccatis.

Cum hominibus operantibus iniquitatem: *& non communicabo cum electis eorum.

Corripiet me justus in misericordia, & increpabit me: *oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.

Quoniam adhuc, & oratio mea in beneplacitis eorum: *absorpti sunt juncti petræ judices eorum.

Audient verba mea quoniam potuerunt: *sicut crassitudo terræ erupta est super terram.

Dissipata sunt ossa nostra secus infernum: *quia ad te Dómine, Dómine oculi mei, in te esperavi, non auferas animam meam.

Custodi me à laqueo, quem statuerunt mihi: *& à scandalis operantium iniquitatem.

Cadent in retiaculo ejus peccatores: *singulariter sum ego donec transeam.

Aña. Omnis, qui transibit, stupebit super omnes plagas ejus.

Aña. O vos omnes, qui transitis per viam, attendite & videte, si est dolor sicut dolor meus.

Psalmus 141.

Voce mea ad Dóminum clamavi, *voce mea ad Dóminum deprecatus sum.

Effundo in conspectu ejus orationem meam, *& tribulationem meam ante ipsum pronuntio.

In deficiendo ex me spiritum meum: *& tu cognovisti semitas meas.

In via hac, qua ambulabam, *absconderunt laqueum mihi.

Considerabam ad dexteram, & videbam: *& non erat qui cognosceret me.

Periit fuga à me: *& non est qui requirat animam meam.

Clamavi ad te, Dómine, *dixi: tu es spes mea, portio mea in terra viventium.

Digitized by Google

Intende ad deprecationem meam, *quia humiliatus sum nimis.

Libera me à persequentibus me: *quia confortati sunt super me.

Educ de custodia animam meam ad confitendum nómini tuo: *me expectant justi donec retribuas mihi.

Añа. O vos omnes, qui transitis per viam, attendite, & videte, si est dolor sicut dolor meus.

CAPIT. *Isaiæ.* 53.

CHRISTUS vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra, cujus libore sanati sumus.

HYMNUS.

PANGE lingua gloriosi,
Lauream certaminis,
Et super Crucis trophæo,
Dic triumphum nobilem,
Qualiter Redemptor orbis
Immolatus vicerit.

De parentis protoplasti
Fraude Factor condolens.
Quando pomi noxialis
In necem morsu ruit:
Ipse lignum tunc notavit,
Damna ligni ut solveret.

Hoc opus nostræ salutis
Ordo depoposcerat,
Multiformis proditoris,
Ars ut artem falleret,
Et medelam ferret inde,
Hostis unde læserat.
Quando venit ergo sacri
Plenitudo temporis,
Missus est ab arce Patris
Natus orbis Conditor,

Digitized by Google

Atque ventre virginali
Carne amictus prodiit.
Vagit infans inter arcta,
Conditus præsepia:
Membra pannis involuta
Virgo mater alligat:
Et Dei manus, pedesque
Stricta cingit fascia.
Sempiterna sit beatæ
Trinitati gloria,
Æqua Patri, Filioque,
Par decus Paraclito,
Unius, Trinique nomen
Laudet universitas.
Amen.

℣. Videbunt, in quem transfixerunt.
℟. Et dolebunt super eum ut in morte primogeniti.

AD MAGNIFICAT.

Aña. Dum in Cruce penderet Unigenitus Dei Filius, & ab omnibus subsannaretur, Mater ejus Virgo Maria, ipsum verum Deum, & hominem condolens venerabatur.

ORATIO.

DEUS, qui Unigeniti Filii tui passione, & per quinque vulnera ejus sanguinis effusione, humanam naturam peccato perditam reparasti: tribue nobis quæsumus, ut qui ab eo suscepta vulnera veneramur in terris, ejusdem pretiossimi sanguinis fructum consequi mereamur in Cœlis. Per eumdem Dominum nostrum, &c.

Et fit Commem. Fer.

AD MATUTINUM INVITAT.

Christum in Cruce confixum, quinque plagis vulneratum. Venite adoremus.

Psalm. Venite exultemus, &c.

Digitized by Google

Hymn. Pange lingua gloriosi lauream certaminis, &c. *ut in Vesperis.*

IN I. NOCTURNO.

Añа. Quis est qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra?

Psalmus 10.

In Dómino confido: quomodo dicitis animæ meæ: *transmigra in montem sicut passer?

Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, paraverunt sagittas suas in pharetra, *ut sagittent in obscuro rectos corde.

Quoniam quæ perfecisti destruxerunt: *justus autem quid fecit?

Dóminus in templo sancto suo: *Dóminus in cœlo sedes ejus.

Oculi ejus in pauperem respiciunt: *palpebræ ejus interrogant filios hominum.

Dóminus interrogat justum, & impium, *qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam.

Pluet super peccatores laqueos: *ignis, & sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorum.

Quoniam justus Dóminus & justitias dilexit; *æquitatem vidit vultus ejus.

Añа. Quis est, qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra?

Añа. Quare rubrum est indumentum tuum & vestimenta tua sicut calcantium in torculari?

Psalmus 14.

Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? *aut quis requiescet in monte sancto tuo?

Qui ingreditur sine macula, *& operatur justiam.

Qui loquitur veritatem in corde suo, *qui non egit dolum in lingua sua.

Digitized by Google

Nec fecit proximo suo malum, *& opprobrium non accepit adversus preximos suos.

Ad nihilum deductus est in conspectu ejus malignus: timentes autem Dóminum glorificat.

Qui jurat proximo suo, & non decipit: *qui pecuniam suam non dedit ad usuram, & munera super innocentem non accepit.

Qui facit hæc non movebitur in æternum.

Añа. Quare rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari?

Añа. Torcular calcavi solus, & de gentibus non fuit vir mecum.

Psalmus 23.

DÓMINI est terra, & plenitudo ejus: *orbis terrarum & universi, qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fundavit eum: *& super flumina præparavit eum.

Quis ascendet in montem Dómini? aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibus, & mundo corde? qui non accepit in vano animam suam, nec juravit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem à Dómino: *& misericordiam à Deo salutari suo.

Hæc est generatio quærentium eum: *quærentium faciem Dei Jacob.

Attollité portas Principes vestras, & elevamini portæ æternales: & introibit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ? *Dóminus fortis, & potens: Dóminus potens in prælio.

A ttollite portas Principes vestras, & elevamini portæ æternales: *& introibit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ? *Dóminus virtutum ipse est Rex gloriæ.

Añа. Torcular calcavi solus: & de Gentibus non fuit vir mecum.

℣. Foderunt manus meas, & pedes meos.

Digitized by Google

℟. Dinumeraverunt omnia ossa mea.

DE ISAIA PROPHETA.

Lectio 1. *Cap* 53.

Quis credidit auditui nostro? & brachium Dómini cui revelatum est? & ascendet sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitienti: non est species ei, neque decor: & vidimus eum, & non erat aspectus, & desideravimus eum: despectum, & novissimum virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem: & quasi absconditus vultus ejus, & despectus, undè nec reputavimus eum. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit: & nos putavimus eum quasi leprosum, & percusum à Deo, & humiliatum. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra: disciplina pacis nostræ super eum, & livore ejus sanati sumus. Tu autem Dómine, &c.

℟. Gratificavit nos Deus in dilecto filio suo: *in quo habemus redemptionem per sanguinem ejus in remissionem peccatorum.

℣. Ecce venit plenitudo temporis, in quo misit Deus filium suum in terras. In quo habemus.

Lectio II.

Omnes nos quasi oves erravimus, unusquisque in viam suam declinavit: & posuit Dóminus in eo iniquitatem omnium nostrum. Oblatus est quia ipse voluit, & non aperuit os suum: sicut ovis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se obmutescet, & non aperiet os suum. De angustia, & de judicio sublatus est: generationem ejus quis enarrabit? Quia abscissus est de terra viventium: propter scelus populi mei percussi eum. Et dabit impios pro sepultura, & divitem pro morte sua: eo quòd iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore ejus. Et Dóminus voluit conterere eum in infirmitate. Tu autem Dómine, &c.

Digitized by Google

℟. Nos qui aliquando eramus longè, facti sumus prope sanguinem Jesu Christi: *Ipse est pax nostra, qui fecit utraque unum.

℣. A Dómino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris. Ipse est pax nostra.

Lectio III. *Cap.* 63.

Quis est iste, qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra? Iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine fortitudinis suæ. Ego qui loquor justitiam, & propugnator sum ad salvandum. Quare ergo rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari? Torcular calcavi solus, & de Gentibus non est vir mecum: calcavi eos in furore meo, & conculcavi eos in ira mea: & aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea, & omnia indumenta mea inquinavi: dies enim ultionis in corde meo, annus redemptionis meæ venit: circumspexi, & non erat auxiliator: quæsivi, & non fuit qui adjuvaret. Tu autem Dómine, &c.

℟. In primogenito ex mortuis complacuit omnem plenitudinem divinitatis inhabitare; & per eum reconciliare, omnia in ipsum: *Pacificans per sanguinem Crucis ejus, sivè quæ in Cœlis; sivè quæ in terris sunt.

℣. Ipse est caput corporis Ecclesiæ in omnibus primatum tenens. Pacificans per sanguinem Crucis ejus. Gloria Patri. Pacificans.

IN II NOCTURNO.

Aña. Foderunt manus meas, & pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea.

Psalmus 21.

Deus Deus meus respice in me: quare me dereliquisti? *longe à salute mea verba delictorum meorum.

Deus meus clamabo per diem, & non exaudies: *& nocte, & non ad insipientiam mihi.

Tu autem in sancto habitas, *laus Israël.

Digitized by Google

In te speraverunt patres nostri: *speraverunt, & liberasti eos.

Ad te clamaverunt, & salvi facti sunt: *in te speraverunt, & non sunt confusi.

Ego autem sum vermis, & non homo: *opprobrium hominum, & abjectio plebis.

Omnes videntes me, deriserunt me: *locuti sunt labiis, & moverunt caput.

Speravit in Dómino, eripiat eum: *salvum faciat eum, quoniam vult eum.

Quoniam tu es, qui extraxisti me de ventre: *spes mea ab uberibus matris meæ.

In te projectus sum ex utero: de ventre matris meæ Deus meus es tu, *ne discesseris à me.

Quoniam tribulatio proxima est: *quoniam non est qui adjuvet.

Circumdederunt me vituli multi: *tauri pingues obsederunt me.

Aperuerunt super me os suum, *sicut leo rapiens, & rugiens.

Sicut aqua diffusus sum, *& dispersa sunt omnia ossa mea.

Factum est cor meum tanquam cera liquescens, *in medio ventris mei.

Aruit tanquam testa virtus mea, & lingua mea adhæsit faucibus meis: *& in pulverem mortis deduxisti me.

Quoniam circumdederunt me canes multi: *concilium malignantium obsedit me.

Foderunt manus meas, & pedes meos: *dinumeraverunt omnia ossa mea.

Ipsi vero consideraverunt, & inspexerunt me: *diviserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem.

Tu autem Dómine, ne elongaveris auxilium tuum à me; *ad defensionem meam conspice.

Erue à framea Deus animam meam: *& de manu canis unicam meam.

Digitized by Google

Salva me ex ore leonis; *& à cornibus unicornium humilitatem meam.

Narrabo nomen tuum fratribus meis: *in medio Ecclesiæ laudabo te.

Qui timetis Dóminum laudate eum: *universum semen Jacob glorificate eum.

Timeat eum omne semen Israël: *quoniam non sprevit, neque despexit deprecationem pauperis.

Nec avertit faciem suam à me: *& cum clamarem ad eum, exaudivit me.

Apud te laus mea in Ecclesia magna: *vota mea reddam in conspectu timentium eum.

Edent pauperes, & saturabuntur: & laudabunt Dóminum qui requirunt eum; *vivent corda eorum in sæculum sæculi.

Reminiscentur, & convertentur ad Dóminum: *universi fines terræ.

Et adorabunt in conspectu ejus *universæ familiæ Gentium.

Quoniam Dómini est regnum: *ipse dominabitur Gentium.

Mandúcaverunt & adoraverunt omnes pingues terra: *in conspectu ejus cadent omnes qui descendunt in terram.

Et anima mea illi vivet: *& semen meum serviet ipsi.

Annuntiabitur Dómino generatio ventura; *& annuntiabunt cœli justitiam ejus populo qui nascetur, quem fecit Dóminus.

*Añ*a. Foderunt manus meas, & pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea.

*Añ*a. A planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas.

Psalmus 65.

JUBILATE Deo omnis terra, psalmum dicite nomini ejus: *date gloriam laudi ejus.

Dicite Deo, quàm terribilia sunt opera tua Dómine! *in multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui.

Digitized by Google

Omnis terra adoret te, & psallat tibi: *psalmum dicat nomini tuo.

Venite, & videte opera Dei: *terribilis in consiliis super filios hominum.

Qui convertit mare in aridam, in flumine pertransibunt pede: *ibi lætabimur in ipso.

Qui dominatur in virtute sua in æternum, oculi ejus super Gentes respiciunt: *qui exasperant non exaltentur in semetipsis.

Benedicite Gentes Deum nostrum: *& auditam facite vocem laudis ejus.

Qui posuit animam meam ad vitam; *non dedit in commotionem pedes meos.

Quoniam probasti nos Deus; *igne nos examinasti, sicut examinatur argentum.

Induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes in dorso nostro; *imposuisti homines super capita nostra.

Transivimus per ignem, & aquam; *& eduxisti nos in refrigerium.

Introibo in domum tuam in holocautis; *reddam tibi vota mea, quæ distinxerunt labia mea.

Et locutum est os meum, *in tribulatione mea.

Holocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum: *offerant tibi boves cum hircis.

Venite, audite, & narrabo, omnes qui timetis Deum, *quanta fecit animæ meæ.

Ad ipsum ore meo clamavi, *& exaltavi sub lingua mea.

Iniquitatem si aspexi in corde meo, *non exaudiet Dóminus.

Propterea exaudivit Deus, *& attendit voci deprecationis meæ.

Benedictus Deus, *qui non amovit orationem meam, & misericordiam suam à me.

Añа. A planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas.

Digitized by Google

Aña. Vultus, & livor, & plaga tumens non est circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo.

Psalmus 75.

Notus in Judæa Deus: *in Israël magnum nomen ejus. Et factus est in pace locus ejus: *& habitatio ejus in Sion.

Ibi confregit potentias arcuum, *scutum, gladium, & bellum.

Illuminans tu mirabiliter à montibus eternis: *turbati sunt omnes insipientes corde.

Dormierunt somnum suum: *& nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis.

Ab increpatione tua Deus Jacob, *dormitaverunt qui ascenderunt equos.

Tu terribilis es, & quis resistet tibi? *ex tunc ira tua.

De cœlo auditum fecisti judicium: *terra tremuit, & quievit.

Cum exurgeret in judicium *Deus, ut salvos faceret omnes mansuetos terræ.

Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi; *& reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi.

Vovete, & reddite Dómino Deo vestro; *omnes qui in circuitu ejus affertis munera.

Terribili & ei qui aufert spiritum principum, *terribili apud reges terræ.

Aña. Vultus, & livor, & plaga tumens non est circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo.

℣. Verè languores nostros ipse tulit.

℟. Et dolores nostros ipse portavit.

DE SERMONE S. BERNARDI ABBATIS.

Lib. de Pass. Domini cap. 41.

Lectio IV.

Captus est Jesus post plurimas illusiones tàm Judæorum, quàm Gentium post sanguinis plures effusiones, clavis

Digitized by Google

immitibus manibus simul, & pedibus perforatur; & configitur ligno Crucis Salvator noster mitissimus Jesus. Intuere, & respice rosam Passionis sanguineæ, quomodo rubet in indicium ardentissimæ charitatis. Contendunt passio, & charitas; ista, ut plus ardeat; illa, ut plus rubeat. Tu autem, &c.

℟. Per mortem destruxit Jesus eum, qui mortis habebat imperium. *Ut liberaret eos, qui timore mortis obnoxii erant servituti.

℣. Unde debuit per omnia fratribus assimilari, ut misericors fieret. Ut liberaret.

Lectio V.

Vide quomodo hoc flore rosæ floruerit optima vitis nostra rubicundus Jesus. Vide totum corpus, sicubi rosæ sanguineæ florem non invenias. Inspice manum unam, & alteram si florem rosæ non invenias in utraque. Inspice pedem unnm, & alterum, nunquid non rosei? Inspice lateris aperturam, quia nec illa caret rosa, quamvis ipsa subrubea sit, propter mixturam aquæ; quia, sicut narrat Evangelista, cum unus militum lancea latus ejus perforasset, exivit sanguis, & aqua. Tu autem, &c.

℟. Per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. *Et sicut in Adam omnes peccaverunt, ita in Christo omnes vivificabuntur.

℣. Novissimè autem inimica destruetur mors. Et sicut.

EX EODEM D. BERNARDO.

Sermone de Passione Dómini.

Lectio VI.

Respice Dómine Sancte Pater de Santuario tuo, & de excelso Cœlorum habitaculo: & intuere hanc Sacrosanctam Hostiam, quam tibi offert magnus Pontifex noster, Sanctus puer tuus Dóminus Jesus pro peccatis fratrum suorum, & esto placabilis super multitudine malitiæ nostræ.

Digitized by Google

Cognosce Pater tunicam filii tui Joseph. Heu! fera pessima devoravit eum, & conculcavit in furore suo vestimentum ejus: Ecce quinque scisuras lamentabiles in eo reliquit. Tu autem, &c.

℟. Videmus Jesum propter passionem mortis gloria, & honore coronatum. *Ut pro omnibus gustaret mortem.

℣. Decebat eum, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum per passionem consumari. *Ut pro omnibus. Gloria Patri. Ut pro omnibus.

IN III. NOCTURNO.

Aña. Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum.

Psalmus 95.

CANTATE Dómino canticum novum; *cantate Dómino omnis terra.

Cantate Dómino, & benedicite nomini ejus; *annuntiate de die in diem salutare ejus.

Annuntiate inter Gentes gloriam ejus, *in omnibus populis mirabilia ejus.

Quoniam magnus Dóminus, & laudabilis nimis; *terribilis est super omnes Deos.

Quoniam omnes dii Gentium dæmonia; *Dóminus autem cœlos fecit.

Confessio, & pulchritudo in conspectu ejus; *sanctimonia, & magnificentia in sanctificatione ejus.

Afferte Dómino patriæ Gentium, afferte Dómino gloriam, & honorem; *afferte Dómino gloriam nomini ejus.

Tollite hostias, & introite in atria ejus; *adorate Dóminum in atrio sancto ejus.

Commoveatur à facie ejus universa terra; *dicite in Gentibus, quia Dóminus regnavit.

Etenim correxit orbem terræ qui non commovebitur; *judicabit populos in æquitate.

Lætentur cœli, & exultet terra, commoveatur mare, & plenitudo ejus; *gaudebunt campi, & omnia quæ in eis sunt.

Digitized by Google

Tunc exultavunt omnia ligna silvarum à facie Dómini, quia venit; *quoniam venit judicare terram.

Judicabit orbem terræ in æquitate; *& populos in veritate sua.

Añа. Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum?

Añа. His plagatus sum in domo eorum, qui me diligebant.

Psalmus 96.

DÓMINUS regnavit, exulter terra; *lætentur insulæ multæ.

Nubes, & caligo in circuitu ejus; *justitia, & judicium correctio sedis ejus.

Ignis ante ipsum præcedet, *& inflammabit in circuitu inimicos ejus.

Illuxerunt fulgura ejus orbi terræ; *vidit, & commota est terra.

Montes sicut cera fluxerunt à facie Dómini; *à facie Dómini omnis terra.

Annuntiaverunt cœli justitiam ejus; *& viderunt omnes populi gloriam ejus.

Confundantur omnes, qui adorant sculprilia; *& qui gloriantur in simulachris suis.

Adorate eum omnes Angeli ejus; *audivit, & lætata est Sion.

Et exultaverunt filiæ Judæ, *propter judicia tua Dómine.

Quoniam tu Dóminus altissimus super omnem terram; nimis exaltatus es super omnes Deos.

Qui diligitis Dóminum, odite malum; *custodit Dóminus animas sanctorum suorum, de manu peccatoris liberavit eos.

Lux orta est justo, *& rectis corde lætitia.

Lætamini justi in Dómino; *& confitemini memoriæ sanctificationis ejus.

Añа. His plagatus, &c.

Digitized by Google

Aña. In amaritudine sermo meus est, & manus plagæ meæ aggravata est super gemitum meum.

Psalmus 97.

CANTATE Dómino canticum novum? *quia mirabilia fecit.

Salvavit sibi dextera ejus, *& brachium sanctum ejus.

Notum fecit Dóminus salutare suum; *in conspectu Gentium revelavit justitiam suam.

Recordatus est misericordiæ suæ: *& veritatis suæ domui Israël.

Viderunt omnes termini terræ, *salutare Dei nostri.

Jubilate Deo omnis terra; *cantate & exultate, & psallite.

Psallite Dómino in cithara, in cithara & voce psalmi, *in tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ.

Jubilate in conspectu Regis Dómini; *moveatur mare, & plenitudo ejus; orbis terrarum, & qui habitant in eo.

Flumina plaudent manu, simul montes exultabunt à conspectu Dómini; *quoniam venit judicare terram.

Judicabit orbem terrarum in justitia, *& populos in æquitate.

Aña. In amaritudine, &c.

℣. Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras.

℟. Attritus est propter scelera nostra.

Lectio Sancti Evangelii secundum Joannem. Cap. 19.

LECTIO VII.

IN illo tempore, sciens Jesus, quia omnia jam consummata sunt, ut consummaretur scriptura, dixit, sitio. Et reliqua.

HOMILIA S. CIRILLI EPISCOPI ALEXANDRINI.

Lib. 12, *Comment. in Joann.*

CUM ab immanibus Judæis omnis in Christum expleta esset impietas, nec quidquam jam & summam cru-

Digitized by Google

delitatem reliquum esset, ad extremum caro Christi Sanctissima proprium quidèm, ac naturale rursus patitur. Multis enim, ac variis doloribus exsiccata, siti torquetur. Graves siquidem dolores magnam ad sitim commovendam vim habent, naturali quodam, & inexplicabili calore humidum consumentes, & igneis ardoribus præcordia urentes. Tu autem Dómine, &c.

℟. Manifestata est gratia Dei per illuminationem Salvatoris nostri Jesu-Christi. *Qui destruxit mortem, iluminavit autem vitam in corruptionem.

℣. Liberavit, & vocavit nos vocatione sua sancta per gratiam, quæ data est nobis in Christo. Qui destruxit.

Lectio VIII.

Consumatum esse ait impietatis Judaicæ modum, & impotentem sæviendi animum. Quid enim Judæi intentatum reliquerunt, aut quid non extremæ crudelitatis adhibuerunt? Quod supplicii, aut contumeliæ genus prætermiserunt? Quam ob rem jure, consumatum est, ait, sed hora jam eum ad prædicandum spiritibus, qui apud inferos erant invitante. Advenit enim, ut mortuorum, ac vivorum dominaretur, ipsam pro nobis mortem suscepit, communem hanc naturæ nostræ passionem sustinuit in carne sua. Tu autem Dómine, &c.

℟. Dignus es Dómine accipere librum, & aperire signacula ejus, quoniam occisus es, & redemisti nos Deus, *in sanguine tuo.

℣. Fecisti enim nos Deo nostro regnum, & Sacerdotes in sanguine tuo. Gloria Patri. In sanguine tuo.

Lectio IX de Fer.

Ad Laudes et per Horas.

Aña. Verè languores, &c. *Ut supra.*
Psalmus. Dóminus regnavit, *cum reliquis de Dominica.*
Aña. Ipse autem vulneratus, &c. *Ut supra.*
Aña. Alligavit, &c. *Ut supra.*

Digitized by Google

Aña. Omnis, &c. *Ut supra.*
Aña. O vos omnes, &c. *Ut supra.*
Capitulum. Christus vulneratus, &c. *Ut supra.*

HYMNUS.

LUSTRA sex, qui jam peregit,
Tempus implens corporis,
Sponte libera Redemptor
Passioni deditus,
Agnus in Crucis levatur
Immolandus stipite.
Felle potus ecce languet,
Spina, clavi, lancea,
Mitte corpus perforarunt
Undè manat, & cruor:
Terra, pontus, astra, mundus,
Quo lavantur flumine!
Crux fidelis, inter omnes
Arbor una nobilis,
Silva talem nulla profert
Fronde, flore, germine.
Dulce ferrum, dulce lignum,
Dulce pondus sustinent.
Flecte ramos arbor alta,
Tensa laxa viscera,
Et rigor lentescat, ille:
Quem dedit nativitas;
Et superni membra Regis
Tende miti stipite.
Sola digna tu fuisti
Ferre mundi victimam;
Atque portum præparare
Arca mundo naufrago,
Quam sacer cruor perunxit,
Fusus agni corpore.
Sempiterna sit beatæ
Trinitati gloria;

Digitized by Google

Æqua Patri, Filioque,
Par decus Paraclito;
Unius, Trinique nomen
Laudet universitas.
Amen.

℣. Videbunt in quem transfixerunt.
℟. Et dolebunt super eum, ut in morte primogeniti.

Ad Benedictus.

Aña. Unus militum lancea latus ejus aperuit, & continuò exivit sanguis, & aqua.

Oratio. Deus, ut supra.

Deinde Commem. Feriæ.

Ad Primam.

Aña. Vère languòres &c.

Ad Tertiam.

Aña. Ipse autem.

Capitulum. Christus vulneratus est.

℟. *brev.* Foderunt manus meas, & pedesmeos. Foderunt.

℣. Dinumeraverunt omnia ossa mea *& pedes. ℣. Gloria Patri. Foderunt.

℣. O vos omnes, qui transitis per viam.
℟. Attendite, & videte dolorem meum.

Ad Sextam.

Aña. Alligavit Dóminus.

Capit. *Isaiæ.* 50.

Faciem meam non averti ab increpontibus, & conspuentibus in me, Dóminus meus, auxiliator meus, & ideò non sum confusus.

℟. *brev.* Verè languores nostros *ipse tulit. Verè.

℣. Et dolores nostros ipse portavit. Ipse tulit. ℣. Gloria Patri. Verè languòres.

Digitized by Google

℣. Disciplina pacis nostræ super eum.
℟. Et livore ejus sanati sumus.

AD NONAM.

Ãna. O vos omnes.

CAPITULUM. *Isaiæ 53.*

Tradidit Christus in morte animam suam, & cum sceleratis reputatus est, & ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus rogavit.

℟. *brev.* Ipse vulneratus est *propter iniquitates nostras. Ipse.

℣. Attritus est propter scelera nostra. Propter iniquitates nostras. ℣. Gloria Patri. Ipse vulneratus est.

℣. Oblatus est quia ipse voluit.
℟. Et non apperuit os suum.

AD VESPERAS.

Antiphonæ, Psalmi, Capitulum, Hymnus, & Versus, ut in primis Vesperis.

AD MAGNIFICAT.

Ãna. Ego sum vestra redemptio; manus meæ, quæ vos fecerunt clavis confixæ sunt; propter vos flagellis cæsum sum, spinis coronatus sum, aquam petii pendens, & acetum porrexerunt, in escam meam fel dederunt, & in latus lanceam; mortuus, & sepultus resurrexi; vobiscum sum, & vivo in æternum.

IN FESTO

Translationis Reliquiarum SANCTÆ ROSÆ Virginis Limanæ.

SEMIDUPLEX.

DIE 3 APRILIS.

Omnia de Comm. Virg. præter sequentia.

Digitized by Google

ORATIO.

Omnipotens sempitérne Deus, qui mundi contémptum te diligentibus inspirasti : da nobis in commemoratione Beatæ Rosæ Virginis ejus intercessione, terreua despicere, et amare cœlestia. Per Dóminum.

IN I NOCTURNO.

Lects. de Sacr. Script.

IN II. NOCTURNO.

Lectio IV.

Sanctæ Rosæ Limanæ Virginis tertii ordinis Sancti Dominici corpus veré fuisse templum Spiritus Sancti, in quo Deum glorificavit, atque portavit, dum viveret, etiam postquam sepulturæ mandatum fuit, manifestó apparuit. Cum enim ob eximia curationum beneficia, populi frequentia in dies magis cresceret. Primatibus Civitatis Sacrum illud corpus in locum celebriorem transferendum enixé postulantibus, decreto Archiepiscopi Limensis extractum, ita incorruptum repertum est, ut etiam suavem odorem efflaret. Depositum fuit decentissimé ad déxteram Aræ majoris. Verúm ob copiosam multitudinem offerentium ibi vota sua, alius locus eidem collocando eligendus fuit, sacellum scilicet Sanctæ Catharinæ Senensis, quæ illi jam ab infántia spiritualis vitæ magistra à Christo data fuerat. Debebatur enim tam similæ filiæ sinus seráphicæ Matris ad quietem.

℟. Propter veritatem, et mansuetudinem, et justitiam : *Et deducet te mirabiliter dextera tua.

℣. Specie tua, et pulchritudine tua intende, prosperé procede, et regna. Et deducet.

Lectio V.

Quam veró sublimem gloriæ gradum in cœlis obtineat, ostendit Deus, máximis signis, quorum illa celeber-

Digitized by Google

rima, et crebra fuere, quæ, ut ait Sanctus Augustinus: cœli et terræ creationem excédunt, conversiones scilicet peccatorum insignes, quæ ejus meritis obtentæ à Deo fuerunt. Ad solúm enim virginis corpusculi contactum, agente intús Deo, quamplurimi repéntinis compunctionis stimulis, ita fuere perculsi, ut conféstim elatis vocibus anteactæ vitæ scelera detestati fuerint, prorumpentes in lacrymosam criminum confessionem, audiente, spectante, et mirante circumstantium turba. Ne igitur tantæ consolationis memoria é fidelium méntibus unquam excideret, ut ad ejus imitanda virtutum exempla acriús omnes excitarentur, cogitantes, quæ nobis Deus servet in regione vivorum, qui tanta præstat de pulvere mortuorum, Clemens XIV Pontifex Maximus, ut dies festus anniversarius Translationum Reliquiarum Sanctæ Rosæ ab universo Clero Regni Peruviani celebraretur, benigné indulsit.

℟. Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem: *Propterea unxit te Deus, Deus tuus óleo lætitiæ.

℣. Propter veritatem, et mansuetudinem, et justitiam. Proptéreá....

Lectio VI.

Ex libro S. Augustini Episcopi de Sancta Virginitate. Cap. 2 et 12.

Cum ipsa universa Ecclesia virgo sit desponsata uni viro Christo, sicut dicit Apostolus, quanto digna sunt honore membra ejus, quæ hoc custodiunt etiam in ipsa carne, quod tota custodit in fide? Proindé cum Universa Ecclesia sit sancta, et corpore et spiritu, quanto sanctior est in his membris, ubi virgo est, et corpore et spiritu? Habeant conjugia bonum suum. Virginalis autem integritas, et per piam continentiam ab omni concúbitu immunitas Angelica portio est, et in carne corruptibili incorruptionis perpetuæ meditatio.

℟. Afferentur Regi virgines post eam: proximæ ejus: *Afferentur tibi in lætitia et exultatione.

Digitized by Google

℣. Specie tua et pulchritudine tua intende, prosperé procede, et regna. Afferentur. Gloria Patri. Afferentur.....

IN III. NOCTURNO.

Homil. S. Greg. P. in Evang. *Simile est regnum cœlorum decem Virginibus.* De comm. Virg. Missa. *Dilexisti.*

DIE XVII APRILIS.

IN FESTO

B. MARIÆ ANNÆ A JESU, Virginis.

DUPLEX.

Omnia de Comm. Virgin. præter sequentia.

Oratio.

Dómine virtutum, clementissime Deus, qui beatam Mariam Annam virginem tuam innumeris gratiæ tuæ muneribus cumulasti; ejus nobis precibus concede; ut quam solemni veneratione colimus, etiam actionibus imitemur. Per Dóminum nostrum.

Lects. Imi. nocturni de Sacr. Scriptura.

IN II. NOCTURNO.

Lectio IV.

Maria Anna à Jesu, Matriti Hispanorum regum aula, et eximio catholicæ religionis cultu celeberrima Urbe, à piis, honestisque parentibus in lucem est edita. A primis usque ætatis suæ annis satis, certa futuræ sanctitatis dedit indicia. In ipsa enim pueritia divinis quibus abundabat charismatibus, cœlo potiús, quam mundo se natam ostendit; rejectisque non sine mirabili animi constantia nuptiis, atque acerbissima pugna hanc ipsam ob rem intús exteriúsque commóta, divinitús superata, uni cœlesti sponso se totam lubens devovit; utque promissis stare faciliús pos-

Digitized by Google

set, mundi illécebris, carnisque oblectamentis omnibus núntium remittens, sacrum institutum monialium discalceatarum B. M. V. de Mercede, redemptionis captivorum, cujus propagationem mirificé adjuvit consiliis, orationibusque suis, solemni ritu profèssa, nihil omnium rerum omissit, quæ vel sui spiritus perfectioni, vel aliorum saluti inservirent. Ad quam rem ne sibi unqúam vires deficerent, Deiparam ipsam, cujus aspéctu sœpenumeró recreabatur, peculiarem patronam, suorumque óperum, ac consiliorum omnium adjutricem adhibuit.

℟. Propter veritatem et mansuetudinem, et justitiam: *Et deducet te mirabiliter dextera tua.

℣. Specie tua et pulchritudine tua intende, prósperé procede et regna. Et deducet....

Lectio V.

Voluntariam paupertatem ad extrémum usque constantissimé cóluit, castitatis veró atque innocentiæ láudem tantam adepta est, ut cœlestem vitam in terris ágere, ab omni corporis contagione sejuncta videretur. In loquendo àdeo parca, ut nullum plané verbum, nisi consultó et meditáto proferret; et tale obedientiæ stúdium continuó ostendit, ut præsidum non modo vocibus, sed ipsis nútibus obtemperaret. In his autem animi dotibus maceratione carnis, vigiliis, jejunisque tamquam vallo muniendis, curam omnem adhibuit suam: ac inaudita, eaque perénni non minus, quam áspera tormentorum vi corpus in absolutam spiritus servitutem redegit. De se enim àdeó humilitér, demisséque sentiebat, ut quo majori cœlestiúm donorum cópia perfundebatur, eó viliorem sese, ac omni pœna, contemptuque dignissiman existimaret.

℟. Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem: *Proptéreá unxit te Deus, Deus tuus óleo lætitiæ.

℣. Propter veritatem, et mansuetudinem et justitiam. Proptéreá....

Digitized by Google

Lectio VI.

Credi vix potest, qua in Deum charitate Maria Anna flagraret: omniaque præ illo máximo habens in spretu, divini amoris voluptate ádeó plurima afficiebatur, ut quantislibet pressa curis, ac molestiis fatigata in unius Dei amplexu, quem vivissimæ fidei ope præsentem sibi assidué intuebatur, per summan delectationem acquiesceret; nec aliud jucundiús hubuerit, quàm assidué orationi, Majestatisque divinæ contemplationi vacare: cujus cœlesti dulcedine perfundebatur ita, ut à corporeis abstracta sensibus, in frèquentes éxtases raperetur. Ex hoc autem tam incenso in Deum amore, egregia non solúm illa oriebatur voluntas unumquemque consiliis, ópere, monitisque juvandi ad benè, piéque vivendum; sed firmissima etiam spes, súmmumque desiderium, quo corporeis vinculis solvi, et esse cum Christo vehementer optabat. Optata autem diu felicissima tandém ádvenit dies: anno enim millessimo, sexcentesimo vigesimo quarto, ætatis suæ quinquagesimo nono, extremi morbi doloribus patientissimé toleratis, sacramentis omnibus summa cum pietate susceptis, grave suarum virtutum Matritensi Populo universo desiderium relinquens, meritorum plenissima migravit ad Sponsum. Quam Pius VI Pontifex Maximus multis insignem miraculis, ac prophetiæ dono illustrem, ritu solemni beatarum virginum numero adscripsit.

℟. Afferentur Regi Virgines post eam, proximæ ejus: *Afferentur tibi in lætitia et exultatione.

℣. Specie tua et pulchritudine tua intende, prosperé procede, et regna. Afferentur. Gloria Patri. Afferentur....

IN III NOCTURNO.

Homilia S. Gregorii P. in Evang. *Simile erit regnum cælorum.* De comm. Virg. primo loco.

Digitized by Google

DIE 24 APRILIS

IN FESTO

S. FIDELIS á SIGMARINGA, Martyris.

DUPLEX.

Omnia de communi Martyrum Tempore Paschali, præter seq.

Oratio.

Deus, qui beatum Fidelem seràphico spiritus ardore succensum in veræ fidei propagatione martyrii palma, et gloriosis miráculis decorare dignatus es: ejus quæsumus méritis, et intercessione ita nos per gratiam tuam in fide et charitate confirma: ut in servitio tuo fideles usque ad mortem inveniri mereamur. Per Dóminum nostrum.

IN I NOCTURNO.

Lects. de Sacr. Script.

IN II. NOCTURNO.

Fidelis in óppido Suéviæ Sigmaringa ex honesta Rejorum familia natus, ab inéunte ætate singularibus naturæ, et gratiæ donis ornatus præfulsit. Egrégiam quippé sortitus indolem, morumque óptima imbutus disciplina, dum Friburgi philosophiæ, et juris utriusque laúream emeruit, in Schola etiam Christi ad perfectionis ápicem sédulo virtutum exercitio contendere cæpit. Nobilium exindé virorum, varias Europæ provincias lustrantium comes ádscitus, eos ad christianam pietatem sectandam tam verbis quam operibus excitare non destitit. Quinimó in eôdem itinere crebris austeritatibus desideria carnis mortificare, ac ita seipsum régere studuit, ut in tanta rerum vicisitudine nullo unqúam visus fuerit iræ motu perturbari. Juris prætéréa, et justitiæ strennus propugnator, post réditum in Germaniam, cèlebre sibi nomen acquisivit in advocáti múnere, in quo tamen cum Fori pericula esset expertus, tutiorem æternæ salutis viam ingredi deliberavit, et superna vocatione illustratus

Digitized by Google

páulò post órdini seraphico inter fratres minores capuccinos adscribi petiit.

℟. Lux perpetua lucebit sanctis tuis, Dómine: * Et æternitas temporum alleluia, alleluia.

℣. Lætitia sempiterna erit super capita eorum: gaudium et exultationem obtinebunt. Et æternitas.

Lectio V.

Piæ petitionis compos réditus, mundi suique contémptor insignis in ipso statim tyrocinio; magisque cum solémnis professionis vota in gaudio Spiritus Dómino nuncupasset, in regulari observantia ómnibus admirationi fuit, et exemplo. Orationi maximé, et sacris litteris vacans, in verbi quoque ministerio singulari grátia excellens, nedúm catholicos ad meliorem, frugem, verum étiam Heterodóxos ad veritatis cognitionem attraxit. Pluribus in locis cœnobii præfectus constitutus, prudeutia, justitia, mansuetudine, discretione, et humilitatis laude, munus sibi demandatum exercuit. Arctissimæ paupertatis zelátor egregius, quidquid velminus necessárium videretur, é cœnobio pénitús eliminavit. Inter austera jejunia, vigilias, et flagélla salutári seipsum proséquens odio, in alios amorem, quasi mater in filios ostendit. Cum pestifera febris austriacas militares cópias diré affligeret, ipse in extremis infirmorum indigentiis ad assidua charitatis officia toto spiritu incubuit. In componendis étiam animorum dissidiis, áliisque proximi necessitatibus sublevandis, consilio, et opere àdeó præclaré se gessit, ut pater patriæ meruerit appellari.

℟. In servis suis Alleluya; *Consolabitur Deus, Alleluya.

℣. Judicabit Dóminus pópulum suum, et in servis suis. Consolabitur....

Lectio VI.

Deiparæ Virginis, et Rosarii cultor eximius, illius præcipué, aliorumque sanctorum patrociniis à Deo postulavit, ut in catholicæ fidei obséquium vitam sibi, et sán-

Digitized by Google

guinem fúndere liceret. Cumque ardens hoc desiderium in quotidiana Sacri devota celebratione magis accenderetur, mira Dei providentia factum est, ut fortis Christi athleta præses eligeretur illarum missionum, quas congregatio de propaganda fide pro Ræthia tunc témporis instituerat. Quod árduum munus prompto, hilárique animo suscipiens, tanto fervore executus est, ut pluribus hæreticis ad orthodoxam fidem conversis, spes non modica effulserit totius illius gentis Ecclesiæ et Christo reconciliandæ. Prophetiæ dono præditus, futuras Ræthiæ calamitates, suique necem ab hæreticis inferendam sæpiús prædixit. Postquám veró insidiarum probé cónscius impendenti agoni se præparasset, die vigesima quarta Aprilis anni millesimi sexcentesimi vigesimi secundi ad Ecclesiam loci, Sevisium nuncupati, se contulit, ubi ab hæreticis, qui pridié conversionem simulantes, eum dolosé ad prædicandum invitaverant, concione tumultuárié interrupta, per vérbera, ac vulnera eidem crudélitér inflicta gloriosam mortem magno, et álacri corde perpessus, primitias mártyrum memoratæ congregationis propio sánguine consecravit: pluribus signis, et miraculis exindé clarus præsértim Cúriæ, et Veldhirchii, ubi summa pópuli veneratione illius reliquiæ asservantur.

℟. Filiæ Jerúsalem venite et videte mártyres cum coronis, quibus coronavit eos Dóminus: *In die solemnitatis, et lætitiæ, Alleluya.

℣. Quoniam confortavit seras portarum tuarum, benedixit filios tuos in te. In die solemnitatis. Gloria Patri. In die solemnitatis....

IN III. NOCTURNO.

Homilia S. Aug. Episc. in Evangelium: *Ego sum vitis vera, et pater meus.* De comm. mart. Temp. Paschali.

Digitized by Google

DIE XXVIII APRILIS.

IN FESTO

S. PRUDENTII, Episcopi et Confessoris.

DUPLEX.

Omnia de Comm. Conf. Pontif. præter sequentia.

ORATIO.

Deus largitor pacis, qui Prudentio Confessori tuo, atque Pontifici mirificam dissidentes animos componendi gratiam tribuisti: da quæsumus; ut ejus meritis, et intercessione veram cum tua voluntate concordiam jugiter servemus. Per Dóminum.

IN I NOCTURNO.

Lects. de Sacr. Script.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

PRUDENTIUS natione Hispanus, piis parentibus natus, ut vetustissima Acta tradunt, in Armentia, Urbe quóndám Provinciæ Alabénsis, ab ipsa pueritia magna sanctitatis præbuit argumenta; et simplex, rectus, et timens Deum, ætate simul, et virtutibus crevit. In prima ipsa juventute, ut animum à mundi illécebris custodiret, in eremum secessit, ubi aspérrimo vivendi genere corpus in servitutem redegit, jugi cœlestium rerum contemplationi, et sacrarum litterarum studio vacans. Defuncto Sáturio, quo usus fúerat eremiticæ vitæ sócio, atque magistro, voce divina admonitus ad civitatem Calagurritanam profectus est.

℟. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: *Manus enim mea auxiliabitur ei, Alleluya.

℣. Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non nocebit ei. Manus....

LECTIO V.

EA in Urbe pœnitentis hábitu indutús in cinere, et cilicio ita insectatus est pravos populorum mores incre-

Digitized by Google

pando, admonéndo, concionando, ut collapsam in illis pietatem in pristinum restituerit, contumelias, injurias et vèrbera propter Christum patiens. Ejus sanctitatis bonus odor cum vniversam illam nationem perváserit; Prudentius abhorrens celebritatem sui nominis, clám Turiasonem aufúgit, et inter minores ejus Ecclesiæ Clericos adscitus tándiú delituit, donec cógnita viri sanctimonia, atque doctrina, ab illo Episcopo presbyter ordinatus est, et Archidiáconus deindé constitutus: quo inmunere, cum præclariora in dies éderet virtutum exempla, concréditum ei fuit régimen vacantis Ecclesiæ Turiasonénsis, atque reluctans, et nolens in ejus càthedra omnium votis collocatus est.

℟. Posui adjutorium super potentem, et exaltavi electum de plebe mea: *Manus enim mea auxiliabitur ei, alleluya.

℣. Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum. Manus....

Lectio IV.

Episcopali auctus dignitate, commissum sibi gregem pascens, mónitis, consiliis, scientia, verbo et exemplo, innúmeros peccatores ad viam salutis revocavit. Eximia fuit ejus prudentia, cháritas, mansuetudo, et misericordia, præsertim in paúperes, erga quos ut lárgior esset, necessaria sibi detraxit. Peculiari qua pollebat gratia dissidentes ánimos sedandi Oxómam accitus, ut ea dissidia componeret, quæ inter Clerum, et cives jamdiú exárserant, ad pacem, et concordiam statim illos adduxit, divinis étiam, ut fertur, accedentibus prodigiis. Ibidem gravi morbo corréptus, magnis labóribus exantlatis, qua prædixerat hora, obdormivit in Dómino máxima sanctimoniæ fama, et miráculis clarus. Ejus corpus delatum ad móntem Latúrcium, eo loco públicæ Fidelium veneration expositum fuit, in quo nunc ab ejus nomine Ecclesia Sancti Prudentii nuncupatur.

℟. Iste est, qui ante Deum magnas virtútes operatus

Digitized by Google

est, et omnis terra doctrina ejus repleta est: *Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum, alleluya.

℣. Iste est, qui contempsit vitam mundi, et pervenit ad cœlestia regna. Ipse intercedat. Gloria Patri. Ipse intercedat.

IN III NOCTURNO.

Homilia in Evang. *Homo péregré.* de comm. Imo. loco: nona lectio et com. S. Vitalis mart.

IN DIE IV JUNII.

IN FESTO

S. FRANCISCI CARACCIOLO, Confessoris.

DUPLEX.

Omnia de comm. Conf. non Pontif. præter ea quæ sequntur.

ORATIO.

Deus, qui beatum Franciscum novi Ordinis Institutorem orándi stúdio et pæniténtiæ amóre decorasti; da famulis tuis in ejus imitatione ita proficere, ut semper orantes, et corpus in servitutem redigéntes ad cœlestem glóriam pervenire meréantur. Per Dóminum.

IN I NOCTURNO.

Lects. de Sacr. Sciipt.

IN II. NOCTURNO.

Lectio IV.

Franciscus, dictus ántea Ascanius, ex nobili familia Caracciolo in óppido Santæ Mariæ de Villa in Aprútio ortus, à primis annis eximio enituit pietatis cultu. Adolecens gráviter ægrotans státuit sese prorsus Dei, proximique mancipare servitio: Neapolim profectus, Sacerdotio initiatus, sacroque adscriptus sodalitio, contemplationi, lucrandisque animabus se totum devovit, ac extremo supplicio

Digitized by Google

damnátis hortatorem se præbuit assiduum. Cóntigit autem, ut epistolium, alteri destinatum ei per errorem redderetur, quo à piissimis viris Joanne Augustino Adorno, et Fabricio Caracciolo ad novi Religioni Instituti fundationem vocabatur: rei novitate captus, et divinæ voluntatis demiratus consilia, álacri animo sese illis adjunxit. Cónditis autem in Camaldulénsium eremo, quo secesserant, novi Ordinis légibus, inde Romam simul profecti, confirmationem à Sixto V impetrarunt, qui eósdem Cléricos Reguláres Minóres apellari vóluit, áddito ad tria consuéta áltero de non ambiendis dignitatibus voto.

℟. Honestum fecit illum Dóminus, et custodivit eum ab inimicis, et à seductóribus tutavit illum: *Et dedit illi claritatem æternam.

℣. Justum deducit Dóminus per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei. Et....

Lectio V.

Solemni emissa professione, ob singularem ejus in Divum Franciscum Assisinatem cultum Francisci nomen assumpsit. Adorno biénnio post vita fúncto, ipse toti Religioni, quamquam invitus præficitur: quo in munere virtutum omnium præclara præbuit exempla. Instituti amplificandi studiosissimus, id assiduis oratiónibus, lácrymis, et jugi corpóris maceratione enixé à Deo postulabat. Quam obrem tértio in Hispaniam se cóntulit peregrini habitu indutus, victumque ostiátim mendícans. In itinere asperrima quæque perpéssus, Omnipotentis auxilium mirum in modum expertus, navim, quam conscenderat, ab imminenti naufrágio orationis præsidio servavit incólumem. Ut in Regnis illis voti compos fieret plúrimum laboravit, sed ejus sanctitatis fama prælucente, amplissimaque Catholicorum Regum Philipi II et Philipi III munificéntia, adversariorum conátibus singulari animi fortitudine superatis, plura sui Ordinis domicilia fundavit: quod pari evéntu per Italiam præstitit.

Digitized by Google

℟. Amàvit eum Dóminus et ornavit eum: stolam gloriæ induit eum: *Et ad portas paradisi coronavit eum.

℣. Induit eum Dóminus loricam fidei, et ornavit eum. Et ad portas.

Lectio VI.

Humilitate ádeó excelluit, ut Romam véniens in pauperum hospitio receptus se leproso sociaverit, et ecclesiasticas dignitates à Paulo Quinto sibi oblatas constantissimé recusaverit. Illibátam perpétuò servavit virginitatem, effróntesque mulieres ejus castimoniæ insidiantes Christo lucrifecit. Erga divinissimum Eucharistiæ mysterium ardénti æstuans amore noctes pene integras in ejus adoratione insomnes ducebat, quod pium exercitium véluti sui Ordinis tésseram in eo perpétuó servándum constituit. Deiparæ Virginis cultum impénsè fovit. In proximum eximia exarsit charitate. Prophetiæ dono, et córdium serutatione ditatus fuit. Quadragesimum quartum ætatis suæ annum agens, dum in sacra Lauretana Æde in oratione persisteret, sibi vita finem imminere cognovit. Aprútium statim deflexit, et Agnoni apud alúmnos Sancti Philipi Neri letháli febre correptus, Sacraméntis Ecclesiæ dovotissimé suscéptis, pridié nonas junii anni millésimi sexcentésimi octavi in pervigilio festi Corporis Christi placidissimé obdormivit in Dómino. Sacrum ejus corpus Neápolim delatum in Ecclesia sanctæ Mariæ Majoris, ubi prima sui Ordinis jecerat fundamenta honorificé cónditum fuit. Eum posteá miraculis clarum Clemens Decimusquartus Póntifex Máximus solemni ritu inter beatos: Pius verò Séptimus Póntifex Máximus novis fulgentem signis anno millesimo octingentesimo séptimo Sanctorum albo adscripsit.

℟. Iste homo perfecit omnia, quæ locutus est ei Deus, et dixit adeum ingredere in requiem meam: *Quia te vidi justum coram me ex omnibus gèntibus.

℣. Iste est qui contempsit vitam mundi, et pervenit ad cœlestia regna. Quia te. Gloria Patri. Quia....

Digitized by Google

IN III NOCTURNO.

Homilia in Evangelium. *Sint Lumbi vestri.*

DIE XXV JUNII.

IN FESTO

SANCTI GULLIELMI ABBATIS.

DUPLEX.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis præter sequentia.

ORATIO.

Deus, qui infirmitáti nostræ ad teréndum salûtis viam in sanctis tuis exémplum, & præsídium collocásti : da nobis, ità beáti Gulliélmi Abbâtis mérita venerári, ut ejúsdem excipiâmus suffrágia, & vestígia prosequâmur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum.

IN I NOCTURNO.

LECTIONES DE LIBRO SAPIENTIÆ.

Justus si morte.

IN II NOCTURNO.

LECTIO IV.

GULL'ELMUS Nobílibus Paréntibus Vercéllis in Insúbria natus, vix quartum décimum ætátis annum expléverat, cum miro quodam pietâtis ardôre flagrans Compostellânam peregrinatiônem ad celebérrimum sancti Jacóbi templum aggréssus est. Quod iter una amíctus túnica, ac dúplici férreo círculo præcínctus, nudísque pédibus prosecûtus, aspérrima frígoris, & æstus, famis, & sitis summo cum vitæ discrímine perpéssus est incómmoda. Revérsus in Itáliam, novam ad Sanctum Dómini sepúlchrum pere-

Digitized by Google

gsinatiônem molîtur; sed quóminùs propósitum exequâtur, vária, atque gravíssima intercédunt impedimênta, divíno Núnine ad altiôra, & sanctiôra religiôsam júvenis índolem retrahénte. Porrò in Solículo Monte biénnium inter assíduas preces, vigílias, chameúnias, & jejúnia commorâtus; divína subnixus ope, cæco lumen restítuit, cujus miráculi fama percrebescénte jam Gulliélmus latêre non póterat; quarè íterum Hierosólyman cógitat, & álacris se itíneri commíttit.

℟. Honéstum.

Lectio V.

Dei autem mónitu, qui eîdem appáruit, à propósito revocâtur, utílior, ac fructuósior tam apud Italos, quam apud éxteras Natiónes futûrus. Tum Monastérium in Virgiliáni Montis Cacúmine, quod deínde vírginis est appellâtum, loco áspero, & inaccésso miránda exædíficat celeritâte. Sócios deínde viros, & Religiósos adscíscit, eósque ad vivéndi normam Evangélicis præcéptis, & consíliis summóperè accommodâtam; tum certis légibus, ex beáti Benedícti institûtis magna ex parte desúmptis, tum verbo, & sanctíssimis vitæ exémplis infórmat.

℟. Amâvit.

Lectio VI.

Aliis deínde Monastériis eréctis, clárior in dies Gulliélmi facta sánctitas, multos ad eum úndique viros perdúcit; sanctitâtis odôre, & miraculórum fama alléctos. Nam muti loquêlam, surdi audîtum, áridi vigórem, variôque, & immedicábili morbo laborántes, sanitâtem ipsîus intercessiône recepérunt. Aquam in vinum convértit, aliâque complúra mirabília patrâvit; inter quæ illud non siléndum, quod Muliércula ad ejus castitâtem tentándam missa, in ardéntibus prunis humi stratis illæsum se volutâvit. De qua re cértior factus Rogérius Neápolis Rex in summam viri Dei veneratiônem addúcitur. Demùm témpore sui óbitus Regi, aliísque prænuntiáto, innúmeris vir-

Digitized by Google

tútibus, & miráculis clarus obdormîvit in Dómino, anno salûtis millésimo centésimo quadragésimo secúndo.

℟. Iste homo.

IN III. NOCTURNO.

Homilia in Evangelium, *Ecce nos relíquimus ómnia*, de Communi Abbatum. Misa, *Os justi*, de Comm. Abbatum. Oratio propria ut suprà.

FERIA SEXTA

POST OCTAVAM CORPORIS CHRISTI

FESTUM SS. CORDIS JESU.

DUPLEX MAJUS.

Ad Vesperas, *Antiphona*. Discite à me. *cum reliquis de laudibus*, *infrà*. 4 *Psalmi*. Dixit Dóminus. Confitêbor. Crédidi. Beati omnes. Lauda Jerúsalem. *ùt in Festo Corporis Christi*.

CAPIT. *Isaiæ*. 50.

ECCE Deus salvâtor meus, fiduciáliter agam, & non timêbo: quia fortitûdo mea, & laus mea Dóminus, & factus est mihi in salûtem. Hauriêtis aquas in gáudio de fóntibus salvatôris.

HYMNUS.

AUCTOR beáte sæculi,
Christe Redémptor ómnium:
Lumen Patris de lúmine,
Deúsque verus de Deo.
Amor coêgit te tuus,
Mortâle corpus súmere,
Ut novus Adam rédderes,
Quod vetus ille abstúlerat.
Ille amor almus ártifex
Terræ marísque, & siderum,

Digitized by Google

Errâta patrum míserans,
Et nostra rumpens víncula.
Non corde discêdat tuo
Vis illa amôris ínclyti:
Hoc fonte gentes háuriant
Remissiônis grátiam.
Percússum ad hoc est láncea,
Passúmque ad hoc est vúlnera
Ut nos lavâret sórdibus
Unda fluénte, & sánguine.
Decus parénti, & Fílio,
Sanctóque sit Spirítui:
Quibus potéstas, glória
Regnúmque in omne est sæculum.
Amen.

℣. Ignem veni míttere in terram.
℟. Et quid volo, nisi ut accendatur?

AD MAGNIFICAT, ANTIPHONA.

Impropérium expectâvit cor meum, & misériam: & sustínui qui simul contristarêtur, & non fuit: & qui consolarêtur, & non invéni.

ORATIO.

CONCEDE quæsumus, omnípotens Deus: ut qui in sanctíssimo dilécti Fílii tui Corde gloriántes, præcípua in nos charitâtis ejus beneficia recólimus, eôrum páriter & actu delectêmur, & fructu. Per eúmdem Dóminum nostrum Jesum Christum.

AD MATUTINUM, INVITATORIUM.

Christum pro nobis passum, *Venîte adorémus.
Psalmus. Venîte, exultêmus.

HYMNUS.

EN, ùt supérba críminum,
Et sæva nostrôrum cohors,

Digitized by Google

Cor sauciâvit ínnocens
Meréntis haud tale Dei!
Vibrântis hastam mílitis
Peccâta nostra dírigunt:
Ferrúmque diræ cúspidis
Mortâle crimen ácuit.
Ex corde scisso Ecclésia
Christo jugâta náscitur:
Hoc óstium arcæ in látere est
Genti ad salûtem positum.
Ex hoc perénnis grátia,
Ceu septifórmis flúvius,
Stolas ut illic sórdidas,
Lavêmus Agni in sánguine.
Turpe est redîre ad crímina,
Quæ cor beâtum lácerent:
Sed æmulêmur córdibus,
Flammas amôris índices.
Hoc, Christe, nobis, hoc Pater,
Hoc sancte dona Spíritus,
Quibus potéstas, glória
Regnúmque in omne est sæculum.
Amen.

IN I NOCTURNO, Antiph.

Quid est homo, quia magníficas eum? aut quid appónis erga eum cor tuum?

Psalmùs. Dómine Dóminus noster. *cum reliquis ùt in Officio parvo V. Mariæ Virginis.*

Aña. Medítatio cordis mei in conspéctu tuo semper.

Psalmus. Cœli enárrant.

Antiphona. Elevámini portæ æternáles: & introîbit Rex glóriæ.

Psalmus. Dómini est terra.

℣. Dómine, dabis pacem nobis.

℟. Omnia enim ópera nostra operatus est nobis.

Digitized by Google

DE ISAIA PROPHETA.

Lectio I. *Cap.* 12.

Confitebor tibi Dómine, quóniam irâtus es mihi: convérsus est furor tuus, & consolâtus es me. Ecce Deus salvâtor meus, fiduciáliter agam, & non timêbo: quia frotitûdo mea, & laus mea Dóminus, & factus est mihi in salûtem. Hauriêtis aquas in gáudio de fóntibus salvatôris: & dicêtis in die illa: Confitémini Dómino, & invocâte nomen ejus: mementôte quóniam excélsum est nomen ejus. Cantâte Dómino quóniam magnificè fecit: annunciâte hoc in univérsa terra. Exúlta, & lauda habitátio Sion: magnus in médio tui sanctus Israël.

℟. Ego sum panis vitæ: patres viters manducaverunt manna in desérto, & mórtui sunt: *Hit est panis de cœlo descéndens, ut si quis ex ipso mandûcet, non moriátur.

℣. Ego sum Panis vivus, qui de cœlo descéndi: si quis manducáverit ex hoc pane, vivet in æternum. Hic est.

Lectio II. *Cap.* 26.

In die illa cantábitur cánticum istud in terra Juda: Urbs fortitúdinis nostræ Sion salvâtor, ponêtur in ea murus & antemurâle. Aperîte portas, & ingrediâtur gens justa, custódiens veritâtem. Vetus error ábiit: servâbis pacem: pacem, quia in te sperávimus. Sperásti in Dómino in sæculis ætérnis, in Dómino Deo forti in perpétuum. Quia incurvâbit habitántes in excélso, civitâtem sublîmem humiliâbit. Humiliâbit eam usque ad terram.

℟. Ecce vídimus eum non habéntem spéciem, neque decôrem: aspéctus ejus in eo non est: hic peccâta nostra portâvit, & pro nobis dolet: ipse autem vulnerâtus est propter iniquitâtes nostras: *Cujus livôre sanáti sumus.

℣. Verè languóres nostros ipse tulit, & dolôres nostros ipse portâvit. Cujus livôre sanáti.

Digitized by Google

Lectio III.

Semita justi recta est, rectus callis justi ad ambulándum. Et in sémita judiciórum tuórum Dómine sustinúimus te: nomen tuum, & memoriâle tuum in desidério ánimæ. Anima mea desiderâvit te in nocte: sed & spíritu meo in præcórdiis meis de mane vigilâbo ad te. Cùm féceris judícia tua in terra, justítiam discent habitatóres orbis.

℟. Benedíctus Dóminus Deus Israël, qui fecit mirabília magna solus: *Et benedíctum nomen majestâtis ejus in ætérnum.

℣. Replêbitur majestâte ejus omnis terra: Fiat, fiat. Et benedíctum. Glória Patri. Et benedíctum.

IN II NOCTURNO. Antiphona.

Afferéntur in lætítia, & exultatióne: adducéntur in templum Regis. *Psalmus.* Eructâvit. *Antiphona.* Sanctificâvit tabernáculum suum Altíssimus. *Psalmus.* Deus noster refúgium. *Ańa.* Sicut lætantium ómnium habitâtio est in te. *Psalmus.* Fundaménta ejus.

℣. Convérsus est furor tuus.

℟. Et consolâtus es me.

DE SERMONE S. BERNARDI ABBATIS, ET DOCT.

Lectio IV.

Sermone 3 de Passione Dómini.

Quia semel vénimus ad Cor dulcíssimum Jesu, & bonum est, nos hic esse, ne sinámus nos fácilè avélli ab eo, de quo scriptum est: Recedéntes à te, in terra scribéntur. Quid autem accedéntes? Tu ipse doces nos. Tu dixísti accedéntibus ad te: Gaudête quia nómina vestra scripta sunt in cœlo. Accedâmus ergo ad te, & exultábimus, & lætábimur in te, mémores cordis tui. O quàm bonum & quàm jucúndum habitâre in corde hoc. Quin pótiùs dabo ómnia, omnes cogitatiónes, & afféctus mentis commutâbo,

Digitized by Google

jactans omne cogitâtum meum in cor Dómini Jesu, & sine fallácia illud me enútriet.

℟. Qui mandûcat meam carnem, & bibit meum sánguinem, *In me manet, & ego in eo.

℣. Nen est ália nátio tàm grandis, quæ hábeat deos appropinquántes sibi, sicut Deus noster adest nobis. In me.

Lectio V.

Ad hoc templum, ad hæc Sancta Sanctôrum, ad hanc arcam testaménti adorâbo, & laudâbo nomen Dómini, dicens cum David: Invênit cor meum, ut orem Deum meum. Et ego invéni cor regis, fratris, & amíci benígni Jesu. Et numquid non adorâbo? Hoc ígitur corde tuo & meo, dulcíssime Jesu, invénto, orâbo te Deum meum. Admítte tantùm in sacrárium exauditiônis tuæ preces meas: imò me totum trahe in cor tuum. O ómnium pulchritúdine, speciosissíme Jesu, ámpliùs lava me ab iniquitâte mea, & á peccáto meo munda me: ut purificâtus per te puríssimum possim accédere, & in corde tuo ómnibus diêbus vitæ meæ mérear habitâre: & ut vidêre simul, & fácere tuam váleam voluntâtem.

℟. Sicut ovis ad occisiônem ductus est, & dum malè tractarêtur, non apéruit os suum, tráditus est ad mortem, *Ut vivificâret pópulum suum.

℣. Trádidit in mortem ánimam suam & inter scelerátos reputâtus est. Ut vivific.

Lectio VI.

Ad hoc enim perforàtum est latus tuum, ut nobis patéscat intróitus. Ad hoc vulneratum est cor tuum, ut in illo & in te ab exterióribus perturbatiónibus absolúti habitâre possimus. Nihilóminùs & proptéreà vulnerâtum est, ut per vulnus visíbile, vulnus amôris invisible videàmus. Quómodò hic ardor méliùs osténdi potest, nisi quòd non solùm corpus, verùm étiam ipsum cor láncea vulnerâri permîsit? Carnâle ergo vulnus, vulnus spirituâle ostendit. Quis illud cor tam vulneràtum non díligat? Quis tam

Digitized by Google

amans non rédamet? Quis tam castum non amplectàtur? Nos ígitur adhuc in córpore manéntes, quantum póssumus, amêmus, redamêmus, ampleçtàmur vulneràtum nostrum, cujus ímpii agrícolæ fodérunt manus & pedes, latus & cor: stemúsque, ut cor nostrum durum adhuc & impœnitens amóris sui vínculo constríngere, & jáculo vulneràre dignêtur. Quam charitàtem Christi patiéntis, & pro géneris humáni redemptiône moriéntis, atque in suæ mortis commemoratiônem instituéntis Sacraméntum Córporis & sánguinis sui, ut fidéles sub sanctíssimi Cordis symbolo devótiùs, ac fervéntiùs récolant, ejusdèmque fructus ubériùs percípiant, Clemens Decimustértius Póntifex Máximus ejúsdem sanctíssimi Cordis festum quibúsdam peténtibus Ecclésiis celebràre permîsit.

℟. Magnus Dóminus, & laudábilis nimis: *Et sapiéntiæ ejus non est número.

℣. Magnus Dóminus, & magna virtus ejus: & sapiéntiæ ejus non est finis. Et sapiéntiæ. Glória Patri. Et.

IN III. NOCTURNO. Antiphona.

Annuntiàte de die in diem salutàre ejus. *Psalm.* Cantàte Dómino. I. *Añа.* Adoràte eum omnes Angeli ejus: audîvit, & lætàta est Sion. *Psalm.* Dóminus regnàvit, exúltet. *Añа.* Vidérunt omnes términi terræ salutàre Dei nostri. *Psalm.* Cantàte Dómino. II.

℣. Ex Sion spécies decôris ejus.

℟. Deus noster manifésté véniet.

LECTIO SANCTI EVANG. SECUMDUM JOANNEM.

Lectio VII. *Cap.* 19. *f.*

In illo témpore: Judæi (quóniam parascêve erat) ut non remanêrent in cruce córpora sábbato (erat enim magnus dies ille Sábbati) rogavêrunt Pilàtum ut frangeréntur eôrum crura, & tolleréntur. Et reliqua.

Digitized by Google

HOMILIA SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI.

Tract. 120 *in Joannem.*

UNUS mílitum lâncea latus ejus apéruit, & contínuò exîvit sanguis & aqua. Vigilánti verbo Evangelísta usus est, ut non díceret, latus ejus percússit, aut vulnerávit, aut quid áliud, sed apéruit: ut illud quodámmodò vitæ óstium panderêtur, undè sacraménta manaverunt, sine quibus ad vitam, quæ vera vita est, non intràtur. Ille sanguis, qui fusus est, in remissiônem fusus est peccatôrum. Aqua illa salutàre témperat póculum: hæc & lavácrum præstat, & potum. Hoc prænunciabat, quod Noë in látere arcæ óstium fácere jussus est, quò intrárent animália, quæ non erant dilúvio peritûra, quibus figurabàtur Ecclésia.

℟. Misit me vivens Pater, & ego vivo propter Patrem: *Et quimandûcat me, vivet propter me.

℣. Cibàvitillum Dóminus pane vitæ & intelléctus. Et qui.

DE HOMILIA SANCTI JOANNIS CHRYSÓSTOMI.

Lectio VIII.

Homilia 84.

VIDES quanti sit véritas? per ea, quæ Judæi fáciunt, prophétîa implêtur: ália enim ex hoc manifestàta est. Venérunt ergo mílites, & aliôrum fregérunt crura, non Christi: sed ad Judæôrum grátiam conciliàndam, latus ejus láncea aperuérunt, & mórtuo adhuc insúltant. O péssimam voluntàtem ac scelestíssiman! Noli tamen perturbári, ò dilectíssime! Quæ enim malo illi ánimo patrárunt, veritàti conseutiébant, prophetîa hinc implêta est, ínquiens: vidébunt in quem transfixérunt. Neque hoc tantum, sed non creditúris fuit fidei arguméntum, ùt Thomæ, & qui cum eo erant. Ad hæc & arcànum mystérium confirmàtum est: exîvit enim sanguis & aqua. Non casu, & sim-

Digitized by Google

plíciter hi fontes scaturiérunt, sed quóniam ex ambôbus Ecclésia constitûta est.

℟. Recéssit Pastor noster, fons aquæ vivæ, ad cujus tránsitum sol obscuràtus est : *Portas mortis, & seras páriter Salvàtor noster disrûpit.

℣. Destrúxit quidem claústra inférni, & subvértit poténtias diáboli. Portas mortis. Glória Patri. Portas.

DE HOMILIA SANCTI BONAVENTURÆ EPISCOPI.

Lectio IX.

Lib. de Ligno Vitæ.

Porrò ut de látere Christi dormiéntis formarêtur Ecclésia, divína est ordinatióne indúltum, ut unus mílitum láncea latus sacrum illud aperiéndo perfóderet, quátenùs, sánguine cum aqua manánte, prétium effunderêtur nostræ salûtis, quod à fonte scílicet cordis arcáno profúsum, vim daret sacraméntis Ecclésiæ, ad vitam grátiæ conferéndam : essétque jam in Christo vivéntibus póculum fonţis vivi, saliéntis in vitam ætérnam. Surge ígitur ánima amîca Christi, vigilâre non cesses, ibi os apône, ut háurias aquas de fóntibus Salvatôris.

Te Deum laudàmus.

AD LAUDES.

& per Horas, Antiphona.

Discite à me, quia mitis sum, & húmilis corde. *Psalm.* Dòminus regnàvit. *cum reliquis de Dominica. Ańa.* Sanctificâvi locum istum, ut sit nomen meum ibi in sempitérnum, & permáneant óculi mei, & cor meum ibi cunctis diébus. *Ańa.* Et dixi : Ergo sine causa justificávi cor meum, & lavi inter innocéntes manus meas, & fui flagellàtus tota die. *Antiph.* Secúndum multitúdinem dolôrum meôrum in corde meo, consolatiónes tuæ lætificavêrunt ánimam meam. *Ańa.* Pone me ùt signáculum super cor tuum, ùt signáculum super bráchium tuum.

Digitized by Google

CAPITULUM. *Isaiæ* 12.

ECCE Deus Salvôtor meus, fiduciàliter agam, & non timêbo: quia fortitûdo mea, & laus mea Dóminus, & factus est mihi in salûtem. Hauriêtis aquas in gáudio de fontibus salvatóris.

HYMNUS.

COR, arca legem cóntinens
Non servitûtis véteris;
Sed grátiæ, sed véniæ,
Sed & misericórdiæ.
Cor Sanctuárium novi
Intemeràtum Fœderis,
Templum vetústo sánctius,
Velúmque scissum utílius:
Te vulneràtum Cháritas
Ictu paténti vóluit;
Amôris in visíbilis
Ut venerêmur vúlnera.
Hoc sub amôris symbolo
Passus cruénta, & mystica,
Utrúmque sacrificium
Christus Sacérdos óbtulit.
Quis non amántem rédamet?
Quis non redémptus díligat,
Et corde in isto séligat
Ætérna tabernácula?
Decus Parénti, & Fílio,
Sanctóque sit Spirítui,
Quibus potéstas, glória
Regnúmque in omne est sæculum.
Amen.

℣. Verè languóres nostros ipse tulit.
℟. Et dolóres nostros ipse portàvit.

Digitized by Google

Ad Benedictus, Antiphona.

Vulneràtus est propter iniquitátes nostras, attrítus est propter scélera nostra: disciplîna pacis nostræ super eum, & livôre ejus sanáti sumus.

Oratio.

Concêde quæsumus. *ùt sup.* I. *Ad primam in.*

℟. *brevi.*

℣. Qui passus es pro nobis.

Ad Tertiam, Antiphona.

Sanctificávi locum istum.

Capitulum. Ecce Deus Salvàtor. *ùt suprà.*

℟. *brevi.* Verè *Languóres nostros ipse tulit. Verè.

℣. Et dolóres nostros ipse portàvit. Languóres: Glória Patri. Verè.

℣. Pósuit fines tuos pacem.

℟. Et ádipe fruménti sátiat te.

Ad Sextam, Antiphona.

Et dixi.

Capitulum. *Isaiæ* 12.

Dicetis in die illa: confitémini Dómino, & invocàte nomen ejus: & mementóte quóniam excélsum est nomen ejus.

℟. *breve.* Pósuit *Fines tuos pacem. Pósuit.

℣. Et ádipe fruménti sátiat te. Fines tuos. Glória Patri. Pósuit.

℣. Dirupísti, Dómine, víncula mea.

℟. Tibi sacrificàbo hóstiam laudis.

Ad Nonam, Antiphona.

Pone me.

Capitulum, *Isaiæ* 12.

Cantate Dómino quóniam magnificè fecit: annuntiàte hoc in univérsa terra. Exùlta, & lauda habitàtio Sion: quia magnus in médio tui sanctus Israël.

Digitized by Google

℟. *breve.* Dtrupísti, Dómine, *Víncula mea. Dirupísti.

℣. Tibi sacrificàbo hóstiam laudis. Víncula mea. Glória Patri. Dirupísti.

℣. Erit Dóminus nominàtus in signum ætérnum.

℟. Quod non auferêtur.

In secundis Vesperis, Antiphonæ, Psalmi, Capitulum & Hymnus, ùt suprà in primis. I.

℣. Hauriêtis aquas in gáudio.

℟. De fóntibus Salvatôris.

AD MAGNIFICAT, ANTIPHONA.

Ad Jesum autem cùm venissent, ùt vidérunt eum mórtuum, non fregérunt ejus crura: sed unus mílitum láncea latus ejus apéruit, & contínuò exîvit sanguis, & aqua.

ORATIO.

Concêde quæsumus. *ùt suprà. I.*

DIE IV JULII.

IN FESTO TRANSLATIONIS

S. MARTINI, Episcopi et Confessoris.

DIŒCESIS BONAERENSIS PATRONI.

DUPLEX.

Ad Vesperas, aña. Dixerunt discipuli. *cum reliquis de Laudibus,* Psalm. Dixit Dóminus, *cum reliquis de Dominica.*

CAPITULUM.

Ecce sacerdos magnus. *Hymnus.* Iste Confessor. *ut in communi Confessoris Pontificis. sed mutatur tertius versus. vers.* Amavit eum Dóminus.

AD MAGNIFICAT, ANTIPHONA.

O beatum virum, cujus anima paradisum posidet, unde

Digitized by Google

exultant Angeli, lætantur Archangeli, chorus sanctorum proclamat, turba virginum invitat: Mane nobiscum in æternum.

ORATIO.

Deus, qui conspicis, quia ex nulla nostra virtute subsistimus: concede propitius, ut intercessione beati Martini Confessoris tui atque Pontificis contra omnia adversa muniamur. Per Dóminum nostrum.

AD MATUTINUM, INVITATORIUM.

Laudemus Deum nostrum, *In confessione beati Martini. *Psalmus.* Venite exultemus.... *Hymn.* Iste confessor.

IN I NOCTURNO, ANTIPH.

Martinus adhuc Catechumenus hac me veste contexit. *Psalmus.* Beatus vir.... *cum reliq. de communi unius Mart.* *Aña.* Sanctæ Trinitatis fidem Martinus confessus est, et baptismi gratiam percepit. *Psalmus.* Quare fremuerunt. *Aña.* Ego signo Crucis, non clypeo protectus, aut galea, hostium cuneos penetrabo securus. *Psalmus.* Dómine quid multiplicati sunt.... *vers.* Amavit eum Dóminus.

Lectiones de Scriptura ocurrentu cum resp. sequentib.

℟. 1. Hic est Martinus electus Dei Pontifex, cui Dóminus post Apostolos tantam gratiam conferre dignatus est. *Ut in virtute Trinitatis Deificæ, mereretur fieri trium mortuorum suscitator magnificus.

℣. Sanctæ Trinitatis fidem Martinus confessus est. *Ut in virtute....

℟. 2. Dómine, si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso subire propter eos laborem: *Fiat voluntas tua.

℣. Oculis ac manibus in cœlum semper intentus, invictum ab oratione spiritum non relaxabat. *Fiat....

℟. 3. O beatum virum Martinum Antistitem. *Qui nec mori timuit, nec vivere recusavit.

℣. Dómine, si ad huc populo tuo sum necessarius,

Digitized by Google

non recuso laborem: fiat voluntas tua. *Qui nec mori. ℣. Gloria Patri. *Qui nec mori.

IN II. NOCTURNO, Antiphona.

Confido in Dómino, quod filia mea precibus tuis reddenda sit sanitati. *Psalmus.* Cum invocarem.... *Aña.* Tetradius cognita Dei virtute, ad baptismi gratiam pervenit. *Psalmus.* Verba mea. *Aña.* O inefabilem virum, per quem nobis tanta miracula coruscant. *Psalmus.* Dómine Dóminus noster. V. Elegit eum Dóminus....

Lectio IV.

Apud urbem Turonicam defuncto Eustochio Episcopo, quintus post B. Martinum Perpetuus ordinatur. Qui cum virtutes assiduas ad sepulcrum ejus fieri cerneret, cellulæ ipsi ibidem extructæ novam et augustiorem basilicam superædificavit; convocatisque ad eam dedicandam circumvicinis Pontificibus, Abbatibus, et diversorum clericorum non minima multitudine, voluit pariter Sancti confessoris corpus in Julii Kalendis transferre. Sed tumulo effosso, cum levari corpus non posset, nec quid ulterius agendum omnes conturbati ignorarent, suggessit clericorum unus, B. Martinum quarto Nonas illius mensis fuisse ordinatum, eodemque forsam velle transferri.

℟. Oculis ac manibus in cœlum semper intentus, *Invictum ab oratione spiritum non relaxabat.

℣. Dum sacramenta offerret beatus Martinus, globus igneus apparuit super caput ejus. *Invictum.

Lectio V.

Itaque post triduanas preces atque vigilias, assistente subito sub specie senis Angelica persona, facile corpus levant, & loco præparato, in psallentium cantu gloriosé collocant. Fuit et alias idem sacrum pignus Danis in Galliam irruentibus Altisidorum usque delatum, et inde postea relatum, miraculorum frecuentia comitante, ac ad ejusdem tumulum perseverante. Porro hodierna festivitas triplici de

Digitized by Google

causa celebratur; Translatione Sancti Martini, Ordinatione ejusdem Episcopali, et Basilicæ dedicatione supra memorata.

℟. Beatus Martinus obitum suum longê ante præscivit, dixitque fratribus, *Dissolutionem sui corporis imminere: quia judicabat se jam resolvi.

℣. Viribus corporis cæpit repentè destitui, convocatisque discipulis dixit. *Dissolutionem.

Lectio VI.

SERMO SANCTI MAXIMI EPISCOPI.

Ad sancti ac beatissimi patris nostri Martini, cujus hodie festa celebramus, laudis addidise aliquid, decerpsisse est: siquidem virtutum ejus gratia non sermonibus exponenda est, sed operibus comprobanda. Cum enim dicat scriptura: Gloria Patris est filius sapiens: quantæ hujus sunt gloriæ, qui tantorum filiorum sapientia, et devotione lætatur? In Christo enim Jesu per Evangelium ipse nos genuit.

℟. Dixerunt discipuli ad beatum Martinum: Cur nos, pater, deseris, aut cui nos desolatos relinquis? *Invadent enim gregem tuum lupi rapaces.

℣. Scimus enim desiderare te Christum, sed salva sunt tibi tua præmia, nostri potius miserere, quos deseris. *Invadent. ℣. Gloria Patri. *Invadent.

IN III. NOCTURNO, Antiphona.

Dóminus Jesus Christus non purpuratum, aut diademate renitentem se venturum esse predixit. *Psalmus.* In Dómino confido.... *Añ.* Sacerdos Dei, Martine, aperti sunt tibi cœli, et regnum Patris mei. *Psalmus.* Dómine quis habitabit.... *Añ.* Sacerdos Dei Martine, pastor egregie, ora pro nobis Deum. *Psalmus.* Dómine in virtute tua.

℣. Tu es sacerdos.

Digitized by Google

LECTIO SANCTI EVANGELLI SECUNDUM LUCAM.

In illo tempore: dixit Jesus discipulis suis: Nemo lucernam accendit, et in abscondito ponit, neque sub modio, sed supra candelabrum, ut qui ingrediuntur lumen videant. Et reliqua.

HOMILIA VENERABILIS BEDÆ PRESBYTERI.

De se ipso Dóminus hæc loquitur, ostendens, etsi supra dixerit, nullum generationi nequam, nisi signum Jonæ dandum, nequaquam tamen lucis suæ claritatem fidelibus ocultandam. Ipse quippe lucernam accendit, qui testam humanæ naturæ flammam suæ divinitatis implevit: quam profecto lucernam nec credentibus abscondere, nec modio supponere, hoc est sub mensura legis includere, vel intra unius Judeæ gentis terminos voluit cohibere. Sed super candelabrum inquit, ut qui ingrediuntur lumen videant. Candelabrum Ecclesiam dicit, cui lucernam superposuit; quia nostris in frontibus fidem suæ incarnationis affixit, ut qui Ecclesiam fideliter ingredi voluerit, lumen veritatis palam queant intueri.

℟. O beatum virum, in cujus transitu Sanctorum canit numerus, Angelorum exultat chorus, *Omniumque cœlestium occurrit psallentium exercitus.

℣. Ecclesia virtute roboratur, sacerdotes Dei revelatione glorificantur, quem Michael assumpsit cum Angelis. *Omniumque....

Lectio VIII.

Qua sententia Judæorum quoque proceres condemnat, qui signa quærentes exterius, apertam lucis januam, noluerunt intrare credendo. Denique præcipit ne opera tantummodo, sed et cogitationes, et ipsas etiam cordis intentiones mundare et castigare meminerint. Nam sequitur: Lucerna corporis tui est oculus tuus. Corpus quippe dicit opera, quæ palam cunctis apparent; oculum vero ipsam mentis intentionem quæ operatur, et de cujus merito, ea-

Digitized by Google

dem opera, lucis an tenebrarum sint opera discernuntur, sicut ipse consecuenter exposuit.

℟. Martinus Abrahæ sinu lætus excìpitur: Martinus hic pauper et modicus, *cœlum dives ingreditur, hymnis cœlestibus honoratur.

℣. Martinus Episcopus migravit á seculo; vivit in Christo gemma sacerdotum. *Cœlum.... ℣. Gloria Patri. *Cœlum.

Lectio IX.

Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit: si autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit. Si inquit, pura rectaque intentione, quæ potes bona, agere studueris, lucis profecto sunt opera quæ facis, etiam si coram hominibus imperfectionis aliquid habere videantur; quoniam diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum, iis qui secundum propositum vocati sunt sancti. Si autem perversa est intentio quæ præcedit, pravum est omne opus quod sequitur, quanvis rectum esse videatur. Vide ergo ne lumen quod in te est tenebræ sint. Hoc est, ne ipsa cordis intentio, quæ lumen est animæ, vitiorum caligine fuscetur, sedula discretione perpende, juxta quod alibi præcipitur: omni custodia serva cor tuum, quoniam ex ipso vita procedit.

Tẽ Deum laudàmus.

AD LAUDES.

& per Horas, Antiphona.

Dixerunt discipuli ad beatum Mantinum: cur nos, pater, deseris, aut cui nos desolatos relinquis? invadent enim gregem tuum lupi rapaces. *Psalm.* Dóminus regnavit.... *cum reliquis.* *Aña.* Dómine, si adhuc populo tuo sum necesarius non recuso laborem: fiat voluntas tua. *Aña.* O virum ineffabilem, nec labore victum, nec morte vincendum, qui nec mori timuit, nec vivire recusavit. *Aña.* Oculis ac manibus in cœlum semper intentus, invictum ab

Digitized by Google

oratione spiritum non relaxabat Alleluya. *Ãna.* Martinus Abrahæ sinu lætus exciptur: Martinus hic pauper et modicus, cœlum dives ingreditur, hymnis cælestibus honoratur.

CAPITULUM.

Ecce Sacerdos. *Hymn.* Jesu Redemptor.
℣. Justum deduxit Dñus. *ut in Cñi confes. Pontif.*

AD BENEDICTUS, ANTIPHONA.

O beatum virum. *Oratio.* Deus, qui conspicis. *ut in 1 vesp.*

AD TERTIAM.

Ãna. Dómine, si adhuc.....*Capit.* Ecce sacerdos...
℟. *br.* Amavit eum Dóminus, *Et ornavit eum. Amavit....
℣. Stolam gloriæ induit eum. Et ornavit....Gloria Patri....Amavit.
℣. Elégit eum Dñus sacerdotem sibi.
℟. Ad sacrificandum ei hostiam laudis.

AD SEXTAM.

Ãna. O virum ineffabilem.

CAPITULUM.

Non est inventus similis illi, qui conservaret legem excelsi; ideo jurejurando fecit illum Dóminus crescere in plebem suam.
℟. *br.* Elegit eum Dóminus *Sacerdotem sibi. Elegit.
℣. Ad sacrificandum ei hostiam laudis. Sacerdotem. Gloria Patri. Elegit.
℣. Tu es sacerdos in æternum.
℟. Secundum ordinem Melchisedech.

AD NONAM, *Ãna.*

Martinus Abrahæ.

Digitized by Google

CAPITULUM.

Fungi sacerdotio, et habere laudem in nómine ipsius, et offerre illi incensum dignum in odorem suavitatis.

℟. *br.* Tu es sacerdos *In æternum. Tu es....

℣. Secnndum ordinem Melchisedech. In æternum. Gloria Patri....Tu es....

℣. Justum deduxit Dóminus per vias rectas.

℟. Et ostendit illi regnum Dei.

AD VESPERAS, ANTIPHONA.

Dixerunt Discipuli....*cum reliq. de Laud. Psalm.* Dixit Dóminus....*cum reliq. de Dom. et loco ult. Psalm.* Memento Dñe. *de fer. 5 Capit.* Ecce sacerdos....*Hymn.* Iste confessor.

℣. Justum deduxit Dñus per vias rectas.

℟. Et ostendit illi regnum Dei.

AD MAGNIFICAT, *Ańa.*

O beatum Pontificem, qui totis visceribus diligebat Christum Regem, et non formidabat imperii principatum; ó sanctissima anima, quam etsi gladius persecutoris non abstulit, palmam tamen martyrii non amisit.

ORATIO.

Deus, qui conspicis....*ùt suprà.*

DIE V JULII.

IN FESTO

B. MICHAELIS A SANCTIS, Confessoris.

Sacerdotis Professi Ordinis Discalceatorum Sanctissimæ Trinitatis, Redemptionis Captivorum.

DUPLEX MINUS.

Omnia ut in Breviario Romano de Communi Confessoris non Pontificis præter sequentia.

In Hymno mutatur tertius versus.

Digitized by Google

Oratio.

Misericors Deus, qui B. Michaêlem Confessôrem tuum morum innocéntia, & mirábili charitáte præstâre voluisti: concêde quæsumus ejus intercessiône, ut à vítiis liberâri, & igne tui amôris incénsi, ad te pervenire mereâmur. Per Dóminum, &c.

IN I NOCTURNO.

Lects. de Script. ocurrente.

IN II. NOCTURNO.

Lectio IV.

Michael à Sanctis Vici in Hispánia Citeriore piis, & honestis Paréntibus natus, mundum ante contempsísse, quàm agnovísse visus est. Pene infans perpétuam virginitâtem Deo vovit; cumque réi cónscius Pater núptias illi per jocum propóneret, in láchrymas effûsus puer, atque ad Deiparæ Virginis aram confúgiens, emissum votum multo etiam fervéntius renovâbat. Sexénnis ad Sanctôrum vestígia sectánda in Monsénii spelúncam secéssit: in qua dum patiéntis Christi mystéria de genu piis affèctibus, lachrymisque proséquitur, ab iis, quos Pater ad eum quæréndum submíserat, deprehénsus domum redîre cógitur. Neque tamen de præconcépto severiôris vitæ propósito quidquam remisit. Unicum illi erat rerum cœléstium desidérium, perpétua cum Deo consuetûdo, innocéntis vero carnis maceratio major, quàm ut ténera illa ætas ferre posse viderêtur. Nam síngulis hebdómadis ter jejúnans, somnum super sarmentôrum fáscibus, saxo cápiti suppósito, carpens, flagéllis in se ipsum acérrimè sevîre, quin etiam aliquándo corpúsculum, S. Francísci exémplo, in spinárum acérvum conjícere, & cruentándum volutâre non dubitâvit. Quibus, aliisque crutiâtuum genéribus admirábili illi pœniténtiæ proludêbat, quàm póstea ad hóminum stupôrem tantópere adauxit.

Digitized by Google

Lectio V.

Anno ætâtis duodécimo nondum expléto, solus, & pedes egrédiens de domo & cognatiône sua, Barcinônem cóntendit: ibique Sanctíssimæ Trinitâtis, Redemptiônis Captivôrum ordinem inter Calceatos amplexus, quam primum per ætâtem lícuit, solémnia vota nuncupâvit. Paucis inde post ménsibus ad strictiôrem Discalceatôrum ejúsdem Ordínis Famílam se tránstulit. In hac nova Regulâris disciplínæ palæstra mirum est quot, quantisque virtûtum increméntis, etiam inter contínuas studiôrum exercitatiônes, superiôris vitæ sanctitâtem cumuláverit. Ea enim religiône leges omnes servâbat, ut nullam ex iis, vel mínimam violásse compértus fuérit. Virginitàtem, quam quinquénnis Deo vóverat, inviolâtam úndique illibatámque ad óbitum usque servâvit. Unica, éaque obsoléta utebâtur túnica. Aspérrimis cilíciis, ferreisque flagris corpus cruciâbat. Jejúnii cultor perpétuus, & semper abstémius, áliquot per hebdómadam dies sine ullo prorsus cibo, potuque transigêbat; réliquis vero parcíssimè, ac dúriter vescebâtur. Somno brevíssimum témporis spátium indúlgens, réliquum noctis dabat piis meditatiônibus, ac cœléstium rerum contemplatiôni: quarum desidério ita flagrâbat, ut cum de cœlésti Patria, aut verba ipse fáceret, aut dicéntem quémpiam audiret, extra se rapi omníno viderêtur.

Lectio VI.

Quum Deum toto mentis afféctu diligeret, summis eum précibus exorâbat, ut sibi cor novum tribúeret, in quo púrior ardêret flamma charitâtis. Quo ex témpore cor ejus ineffabílibus cœpit afflúere delíciis, & novis divíni amôris æstibus effervéscere. Rem divínam factûrus eo ánimi sensu ad aram accedêbat, & tanta religiône sacris operabâtur, ut adstántes ad pietâtem magnópere inflammâret, & quum sacrâtum Cálicem in altum attólleret, à sénsibus penè alienâtus apparêret. Nec minôre erga próximos charitâte flagrâbat:- quos & privátis consíliis, & publicis con-

Digitized by Google

tiónibus, & assídua Sacraménti pœniténtiæ administratiône juvâre nunquàm prætermisit. Quum verò propter hæc non Pópuli modo, sed viri etiam Príncipes ejus sanctitâtem admiraréntur, ea tamen erat ánimi demissiône ut se dæmónibus ipsis deteriôrem affirmâret. Tandem qũum frátribus íterum præésset, ad innocéntis, ac pœniténtis vitæ præmia vocâtus, eo quem prædíxerat loco & témpore, puríssimum spíritum Deo réddidit Vallisoleti, die décima Aprilis, anno Dómini millésimo sexcentésimo vigésimo quinto, ætâtis verò trigésimo tértio. Quem multis ante, & post óbitum miráculis clarum Pius Sextus Póntifex Máximus Beatôrum fastis adscrípsit.

Missa: Os justi *in Commun. Conf. non Pontif. primo loco. Oratio, ut suprà.*

DIE VII JULII

IN FESTO

S. FERMINI, Epiocopi et Martyris.

DUPLEX.

ORATIO.

Deus qui per fidei prædònium et passiónis agónem beatum Firminum Episcopum et Martyrem immortalitatis láurea coronasti, concede propitius; ut cujus celebrámus triúmphum, assequámur et prœmium. Per Dóminum. *Reliqua ut in codice Ss. Hispanorum.*

DIES FIXA XXI JULII.

IN FESTO

S. CAMILLI DE LELLIS, Confessoris.

DUPLEX.

Omnia de comm. Conf. non Pontif. præter ea quæ sequntur.

ORATIO.

Deus, qui Sanctum Camillum ad animàrum in extrémo agone luctàntium subsidium singulári charitatis prærrogativa decorásti; ejus quæsumus, méritis Spiritum nobis

Digitized by Google

tuæ dilectionis infúnde ; ut in hora éxitus nostri hostem vincere, et ad cœléstem mereamur coronam pervenire. Per Dóminum. In unitate ejusdem.

IN I NOCTURNO.

Lects. de Sacr. Script.

IN II. NOCTURNO.

Lectio IV.

Camillus, Bucclánici Theatinæ diœcesis óppido, ex nóbili Lelliorum familia natus est, matre sexagenaria, cui grávidæ visum est per quietem, puérulum crucis signo in péctore munitum, et ágmini puerorum idem signum gestántium præeuntem, se pepérisse. Adolécens rem militarem secutus, sæculi vitiis aliquámdiu indúlsit : donec vigésimum quintum agens ætatis annum, tanto supérnæ grátiæ lúmine, divinæque offénsæ dolore corrèptus fuit, ut ubérrimo lacrymarum imbre illicó perfusus, anteáctæ vitæ sordes indesinénter abstérgere, novumque indúere hóminem firmitér decréverit. Quare ipso, quo id cóntigit, purificationis Beatissimæ Virginis festo die ad fratres minores, quos Capuccinos vocant, cónvolans, ut eorum número adscriberetur, summis précibus exoravit. Voti semel atque iterùm compos factus est : sed fœdo úlcere, quo aliquándo laboráverat, in ejus tibia iteráto recrudescente, divinæ providéntiæ majora de eo disponéntis consilio humilitér se subjecit, suique victor, illius religionis bis expetitum, et suscéptum hábitum bis dimisit.

℟. Honéstum fecit illum Dóminus, et custodivit eum ab inimicis, et à seductoribus tutavit illum : *Et dedit illi claritatem ætérnam.

℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei. Et dedit....

Lectio V.

Romam proféctus in nosocómium, quod Insanabilium dicitur, recéptus est ; cujus étiam administrationem,

Digitized by Google

ob perspéctas ejus virtutes sibi demandatam, summa integritate, ac solicitúdine veré patérna peregit. Omnium ægrorum servum se réputans, eorum stérnere léctulos, sordes térgere, ulcéribus medéri, agónique extremo piis précibus, et cohortatiónibus opem ferre solémne hábuit: quibus in munéribus præclara, præbuit admirábilis patiéntiæ, invictæ fortitúdinis, et heróicæ charitatis exémpla. Verúm cúm animarum in extremis periclitántium, quod unicé intendebat, levamini, subsidium litterarum plúrimum conférre intelligeret, triginta duos annos natus in primis grammaticæ eleméntis tyrocinium inter púeros iterúm subire non erúbuit. Sacerdótio póstéa rité initiatus, nonnúllis sibi adjúnctis sóciis, prima jecit congregationis Clericorum Regularium infirmis ministrántium fundaménta irrito conatu obnitente humáni genéris hoste: nam Camillus cœlésti voce é Christi crucifixi manus étiam de ligno avúlsas admirándo prodigio protendéntis simulácro emissa mirabilitér confirmatus, Ordinem suum à Sede apostólica approhári obtinuit; Sodalibus quarto obstrictis máximé árduo voto, infirmis, quos étiam pestis infecérit, ministrandi. Quod institutum, quàm foret Deo accéptum, et animarum salúti proficuum, sanctus Philipus Nérius, qui Camillo à sacris confessiónibus erat, comprobavit, dum ejus alúmnis decedéntium agóni opem feréntibus Angelos suggeréntes verba sæpiús se vidisse testatus est.

℟. Amavit eum Dóminus, et ornavit eum: stolam gloriæ induit eum, *Et ad portas paradisi coronavit eum.

℣. Induit eum Dóminus lorîcam fidei, et ornavit eum. Et ad....

Lectio VI.

Arctioribus hisce vinculis ægrotantium ministerio mancipatus, mirum est, quâ alacritate, nullis fractus labóribus, nullis detérritus vitæ periculis, diu, noctuque ad supremum usqué spiritum eorum cómmodis vigilaverit. Omnibus omnia factus, vilissima quæque officia demississimo obséquio, flexisque plérumque genibus, veluti Chris-

Digitized by Google

tum ipsum cérneret in infirmis, hílari, promptoque animo arripiebat: utque ómnium indigentiis præstó esset, generalem Ordinis præfecturam, cœlique delicias, quibus in contemplatione defixus affluebat, sponté dimisit. Patérnus veró illius erga miseros amor tum máximé effulsit, cúm et Urbs contagioso morbo primúm, deindé extrema annóne laboraret inópia, et Nolæ in Campánia dira pestis grassaretur. Tanta denique in Deum et próximum charitate exársit, ut Angelus nuncupari, et Angelorum opem in vário itinerum discrimine experiri promereretur. Prophetiæ dono, et gratia sanitatum prædítus, arcana quoque córdium inspexit: ejusque précibus nunc cibária multiplicata sunt, nunc aqua in vinum conversa. Tandem vigiliis, jejuniis, et assiduis attritus labóribus, cùm pelle tantùm et ossibus constare videretur, quinque moléstis æqué ac diutinis morbis, quos misericórdias Dómini appellabat, fórtitér toleratis, sacraméntis munitus, Romæ inter suavissima Jesu et Mariæ nómina, ad ea verba: Mitis, atque festivus Christi Jesu tibi aspéctus appáreat, qua prædixerat hora, obdormivit in Dómino pridié idus julii anno salutis millésimo sexcentésimo décimo quarto, ætatis suæ sexagesimo quinto: quem plúribus illústrem miráculis Benedictus décimus quartus solémni ritu Sanctorum fastis adscripsis.

℟. Iste homo perfecit ómnia, quæ locutus est ei Deus, et dixit ad eum: ingredere in requiem meam: *Quia te vidi justum coram me ex ómnibus géntibus.

℣. Iste est qui contempsit vitam mundi, et pervenit ad cœlestia regna. Quia te vidi. Gloria Patri. Quia te vidi....

IN III. NOCTURNO.

LECTIO SANCTI EVANG. SECUMDUM JOANNEM.

Lectio VII. *Cap.* 15.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Hoc est præcéptum meum, ut diligatis in vicem, sicut diléxi vos. Et réliqua.

Digitized by Google

HOMILIA SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI.

Tract. 38 in Joannem Evang.

Quid putámus, fratres mei, nunquidnam solum ejus de ista dilectione mandatum est, qua diligimus invicem? Nónne est, et aliud majus, ut diligamus Deum? Aut verò de sola Deus nobis dilectione mandavit, ut ália non requirâmus? Tria certé comméndat Apostolus, dicens: Manent autem fides, spes, cháritas, tria hæc: major autem horum cháritas. Et si in charitâte, hoc est, in dilectione concludúntur duo illa præcépta, major tamen dicta est esse, non sola. De fide igitur nòbis quám multa mandata sunt, quám multa de spe: quis potest cuncta colligere, quis enumérando sufficere? Sed intueâmur quod ait idem Apostolus: Plenitudo legis cháritas.

℟. Iste est, qui ante Deum magnas virtútes operâtus est: et de omni corde suo laudâvit Dóminum: *Ipse intercedat pro peccátis omnium populôrum.

℣. Ecce homo sine queréla, verus Dei cultor, ábstinens se ab ómni ópere malo, et pérmanens in innocéntia sua. Ipse....

Lectio VIII.

Ubi ergo cháritas est, quid est, quod possit deésse? Ubi autem non est, quid est, quod possit prodesse? Dœmon credit, nec diligit: nemo diligit, qui non credit. Frustrá quidem, sed tamen potest sperare véniam, qui non diligit: nemo tamen potest desperare, qui diligit. Itaque ubi dilectio est, ubi necessárió fides et spes: et ubi diléctio próximi, ibi necessárió etiam diléctio Dei. Qui enim non diligit Deum, quómodo diliget próximum tanquam seipsum, quandóquidem non diligit et seipsum? Est quippè impius et iniquus: Qui autem diligit iniquitatem, non plané diligit, sed odit animam suam.

℟. Sint lumbi vestri præcinti, et lucernæ ardéntes in mánibus vestris: *Et vos similes hominíbus expectántibus dóminum suum quandó revertatur à núptiis.

Digitized by Google

℣. Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dóminus vester venturus sit. Et vos similes. Gloria Patri. Et vos...

Lectio IX.

Hoc ergo præcéptum Dómini teneamus, ut nos invicem diligamus: et quidquid áliud præcipit, faciemus; quóniam quidquid est áliud, hic habemus. Discernitur quippé ista dilectio ab illa dilectione, qua se invicem diligunt hómines; nam ut discerneretur, adjúnctum est, sicut dilexi vos. Ut quid enim diligit nos Christus, nisi ut regnare possimus cum Christo? Ad hoc ergo et nos invicem diligamus, ut dilectionem nostram discernamus à cæteris, qui non ad hoc se invicem diligunt, quia nec diligunt. Qui autem se propter habendum Deum diligunt, ipsi se diligunt; ergo ut se diligant, Deum diligunt. Non est hæc diléctio in ómnibus hominibus: pauci se proptéreà diligunt, ut sit Deus ómnia in ómnibus.

Te Deum laudàmus.

DIE XXIV JULI

IN FESTO

S. FRANCISCI SOLANI, Confessoris

DUPLEX

Omnia de comm. Conf. non Pontif. præter sequentia. In Hymno, Méruit Suprémos.

ORATIO.

Deus qui plúrimas Américæ gentes per beátum Franciscum ad sinum Ecclésiæ perduxisti: ejus méritis, et précibus indignatiónem tuam à peccátis nostris avérte, et in gentes, quæ te non cognovérunt, timórem nóminis tui benignus immitte. Per Dóminum.

Digitized by Google

Lects. IN I NOCTURNO.

De Sacr. Script.

IN II. NOCTURNO.

Lectio IV.

Franciscus Solánus Montiliæ Hispaniæ Bæticæ Oppido nóbili genere natus, ea, morum candóre, dedit innocentiæ specimina; ut grátiam, quam accéperat in Baptismo, constantér ad mortem usque retinuisse putarétur. Ad huc puer manifestis indiciis Apostólico múneri, quod erat póstuá susceptúrus, prælúsit. Adoléscens in Ordinem Fratrum Minórum Observántium cooptátus, miris, multisque summæ austeritátis, humilitátis, ac ceterárum virtútum exémplis óculos ómnium ad se traxit. In sacris concionibus ardentissima ipsius cháritas máxime enituit, qua plúrimos Christo lucrifécit; tum máximé cum pestiléntia per Bæticam sæviénte, nihil periculo térritus, ad córpora simul, animásque curandas se totum convértit. Etsi veró et ipse lue mortáli fuisset denum implicitus; tamen Dei manu é periculo eréptus, alácrius in pristino ministério pérstitit, dum omnino morbus extinguerétur. Púerum quoque, fædis úlceribus toto córpore tactum, éadem lambéndo, sanitáti restituit. Exinde magnum esse cæpit in Bætica Soláni nomen, ut sanctus passim appellarétur. Quámobrem ille hóminum laudes aversátus, Superióres orávit, ut se in Africam mitterent ad Cathólicam fidem prædicandam, pro qua étiam vitam profúndere peroptábat.

℟. Honéstum fecit illum Dóminus, et custodivit eum ab inimicis, et á seductóribus tutavit illum: *Et dedit illi claritatem ætérnam.

℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei. Et.

Lectio V.

Missióne Africána non impetráta, Americánam obtinuit: magnisque periculis, et laboribus, divina

Digitized by Google

opitulánte grátia; terra, marique perfúnctus, ad Thecumánas regiónes parátam sibi à Dómino vineam lætus accéssit. Illuc appúlsus, difficillima eárum géntium lingua divinitus instrúctus appáruit. Cumque Dei amore, et proximórum exæstuans, sermónes habéret suavissimos, consecutús est, ut Bárbari, pósita feritate ad eum ultró erudiéndi certátim acúrrerent, quos multitúdine innumeràbiles sacro fonte regenerávit. In Urbe Rióxa multa millia infidelium in Christiános cives armáta manu irruéntium, verbo Deo exarmávit, ferósque hómines divérsæ ac sibi ignotæ linguæ uno idiomàte allocútus, non modo pacem suásit, sed ex ipsis novem plus millia ad Christum convértit. Christiános é vitiórum cœno in viam salútis tradúxit, præsertim cum pos annos quatuórdecim Limam missus, Peruáni Regni principem civitatem, extréma supplicia, urbisque cladem, velut alter Jonas interminátus, pervicit, ut omnes anteáctæ vitæ pæniteret. Sæpe in concione cum copióse de Deo, ejusque Virgine Matre locùtus esset in éxtasim rapiebátur. Aliquándo vero de Dómini cruciátibus verba factúrus, voce láchymis interclúsa audiéntium fletus gemitúsque eliciébat.

℟. Amavit eum Dóminus et ornavit eum: stolam glóriæ induit eum. *Et ad portas paradisi coronavit eum.

℣. Induit eum Dóminus loricam fidei, et ornavit eum. Et ad portas....

Lectio VI.

Servi sui sanctitátem multitúdine et excelléntia miraculorum Dóminus confirmávit. Aliquot mórtui Soláni précibus revixérunt: é terra árida fontes excitati, qui sunt adhuc perénnes, et salutáres: trajécta flúmina pallio super undas instráto: belluarum ferócia ita compressa, ut ejus nútibus obtemperárent: locústæ tritici ségetem populántes in montes ab eo indicátos ire coáctæ, áliaque prodigia ipsius méritis patráta sunts Prophetiæ páritér et penetrátionis córdium donis cláruit. Suis précibus obtinuit, ut terra violéntis quassáta mótibus quiésceret, et Liménses ipsius ópera ad pœniténtiam revocáti, à periculo et fórmidine liberarén-

Digitized by Google

tur. Summis tandem labóribus pro Dei glória amplificánda conféctus, vir voluntáte Martyr, ad justitiæ corónam evolávit, ætatis anno secundo et sexagésimo, Christi millésimo sexcentésimo décimo, festo ipso die sancti Doctoris Bonaventuræ, quem eximia pietate semper colúerat. Demórtui color ántea subniger est in album mutátus, vúltusque species venústa confé-tim appáruit, et suavis odor é córpore cæpit erúmpere. Ejus sanctitátem, mirácula comprobárunt, quibus rite cógnitis, Clemens Décimus, hunc novi orbis Thaumatúrgum Beatis adscripsit. Eúndem póstea novis coruscántem miráculis Benedictus Tertiús décimus, anno millésimo septingentésimo vigésimo sexto in Sanctórum número rétulit.

℟. Iste homo perfecit ómnia quæ locutus est ei Deus, et dixit ad eum: Ingrédere in réquiem meam: *Quia te vidi justum coram me ex ómnibus géntibus.

℣. Iste est qui contémpsit vitam mundi, et pervenit ad cœléstia regna. Quia te. Gloria Patri. Quia....

IN III NOCTURNO.

LECTIO SANCTI EVANGELLI SECUNDUM MARC.m

Lectio VII. *Cap.* 16. *c.*

In illo témpore: Dixit Jesus discipulis suis: Eúntes in mundum univérsum, prædicata Evangélium omni creatúræ. Et reliqua.

HOMILIA SANCTI GREGORII PAPÆ.

Homil. 29 *in Evang. post init.*

Potest omnis creatúræ nómine omnis nátio géntium designári. Antè eténim dictum fúerat: In viam géntium ne abieritis: nunc autem dicitur: Prædicate omni creatúræ: ut scilicet priús á Judea Apostolorum repúlsa prædicátio tunc nobis in adjutórium fieret, cúm hanc illa ad damnationis suæ testimónium supérba repulisset. Sed cum discipulos ad prædicándum Véritas mittit, quid áliud in

Digitized by Google

mundo facit, nisi grana séminis spargit? Et paúca grana mittit in semine, ut multarum méssium fruges recipiat ex nostra fide.

℟. Iste est qui ante Deum magnas virtútes operatus ess, et de omni corde suo laudavit Dominum: *Ipse intercedat pro peccátis omnium populórum.

℣. Ecce homo sine queréla, verus Dei cultor, ábstinens se ab ómni ópere malo, et pérmanens in innocéntia sua. Ipse....Intercedat....

Lectio VIII.

Neque étenim in univérso mundo tanta fidelium messis exúrgeret, si de manu Dómini super rationalem terram illa elécta grana prædicántium non venissent. Séquitur: Qui crediderit, et baptizatus fúerit, salvus erit: qui veró non crediderit, condemnábitur. Fortássé unusquisque apud semetipsum dicat: Ego jam crédidi, salvus ero. Verum dicit, si fidem opéribus tenet. Vera étenim fides est, quæ in hoc quod verbis dicit, móribus non contradicit. Hinc est enim quód de quibúsdam falsis fidélibus Paulus dicit: Qui confiténtur se nosse Deum, factis autem negant.

℟. Sint lumbi vestri præcinti, et lucernæ ardéntes in mánibus vestris: *Et vos similes hominibus expectántibus dóminum suum quandó revertatur à núptiis.

℣. Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dóminus vester venturus sit. Et vos similes. Gloria Patri. Et vos...

Lectio IX.

Signa autem eos, qui creditúri sunt, hæc sequéntur: In nómine meo dœmónia ejicient, linguis loquéntur novis, serpentes tollent: et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit: super ægros manus impónent, et bené habébunt. Nunquidnam, fratres mei, quia ista signa non fácitis, minimé créditis? Sed hæc necessária in exordio Ecclesiæ fuerunt. Ut enim ad fidem crésceret multitudo credéntium, miráculis fuerat nutriénda. Quia et nos cúm arbústa

Digitized by Google

plantámus, tamdiu eis aquam infúndimus, quoúsque ea in terra jam coaluisse videamus: et si semel radicem fixerint, irrigátio cessàbit. Hinc est enim quód Paulus dicit: linguæ in signum sunt, non fidélibus, sed infidélibus.

Te Deum laudàmus.

DIE XXIV JULII.

IN FESTO

S. HIERONYMI ÆMILIANI, Confesoris.

DUPLEX.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis præter ea quæ sequuntur.

In Hymn. Iste Conféssor *mutatur tertius versus.*

ORATIO.

DEUS misericordiárum Pater, per mérita & intercessiónem beáti Hierónymi, quem órphanis adjutórem & patrem esse voluísti, concéde; ut spíritum adoptiónis, quo fílii tui nominámur & sumus, fidéliter custodiámus. Per Dóminum, &c.

IN I NOCTURNO.

Lects. de Script. ocurrente.

IN II NOCTURNO.

LECTIO IV.

HIERÓNYMUS è gente Patrícia Æmiliána Venétiis ortus, a prima adolescéntia milítiæ addíctus, difficíllimis Reipúblicæ tempóribus Castro novo ad Quarum in Móntibus Tarvisínis præfícitur. Arce ab hóstibus capta, ipse in tetérrimum cárcerem detrúditur, mánibus ac pédibus vinctus, cui omni humána ope destitúto beatíssima Virgo ejus précibus exoráta, clemens adest, víncula solvit, & per médios hostes, qui vias omnes obséderant, in Tarvísii conspéctum incólumem ducit. Urbem ingréssus, ad Deíparæ aram,

Digitized by Google

qui se vóverat, mánicas, cómpedes, caténas, quas secum detúlerat, in accépti benefícii testimónium suspéndit. Revérsus Venétias cœpit pietátis stúdia impénsius cólere, in páuperes mire effúsus, sed puerórum præsértim misértus, qui paréntibus orbáti, egéni & sórdidi per urbem vagabántur, quos in ædes a se condúctas recépit de suo aléndos, & Christiánis móribus imbuéndos.

℟. Honéstum fecit illum Dóminus, et custodivit eum ab inimicis, et à seductoribus tutavit illum: *Et dedit illi claritatem ætérnam.

℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei. Et dedit....

Lectio V.

Per eos dies Venétias appúlerant beátus Cajetánus, & Petrus Caráfa, póstmodum Paulus quartus, qui Hierónymi spíritu, novóque institúto colligéndi órphanos, probáto, illum in incurabílium hospitále adduxérunt, in quo órphanos simul educáret, atque ægrótis pari charitáte inservíret. Mox eorúmdem hortátu in próximam continéntem profectus, Brixiæ primum, deínde Bérgomi, atque Novocómi Orphanothróphia eréxit; Bérgomi præsértim, ubi præter duo, pro púeris unum, & pro puéllis álterum, domum excipiéndis, novo in illis regiónibus exémplo, muliéribus a turpi vita ad pœniténtiam convérsis, apéruit. Somáschæ demum subsístens, in húmili pago agri Bergoménsis ad Venétæ ditiónis fines, sibi ac suis ibi sedem constítuit, formámque indúxit Congregatiónis, cui proptérea a Somáscha nomen factum: quam subínde auctam, & propagátam, nedum orphanórum regímini, & Ecclesiárum cúltui, sed ad majórem Christiánæ Reipúblicæ utilitátem, adolescéntium in lítteris & bonis móribus institutióni, in Collégiis, Académiis, Seminários addíctam Sanctus Pius quintus inter Religiósos Ordines adscrípsit, cæteríque Pontífices privilégiis ornárunt.

℟. Amavit eum Dóminus, et ornavit eum: stolam gloriæ indúit eum, *Et ad portas paradisi coronavit eum.

Digitized by Google

℣. Induit eum Dóminus lorîcam fidei, et ornavit eum. Et ad portas.

Lectio VI.

Orphanis colligéndis inténtus Mediolánum proficíscitur, atque Ticínum, & utrobíque colléctis agmínibus puerórum, tectum, victum, vestem, Magístros, nobílibus viris favéntibus, próvide constítuit. Inde Somáscham rédux, ómnibus ómnia factus, a nullo abhorrébat ópere, quod in próximi bonum cédere pervidéret. Agrícolis immíxtus per agros sparsis, dum se illis adjutórem in meténdis frúgibus præbet, mystéria fidei explicábat; puerórum cápita porrígine fœdâ abstérgens, & patiénter tractans curábat; pútridis rusticórum vulnéribus medebátur eo successu, ut grátia curatiónum donátus censerétur. In monte, qui Somáschæ ímminet, repérta specu, in illam se ábdidit; ubi se flagéllis cædens, dies íntegros jejúnus tránsigens, oratióne in plúrimam noctem protrácta, super nudo saxo brevem somnum carpens, sui aliorúmque noxárum pœnas luébat. In hujus specus interióri recéssu, ex árido sílice exttíllat aqua précibus servi Dei, ut constans tradítio est, impetráta, quæ usque in hodiérnam diem júgiter manans, & in várias regiónes deláta, ægris sanitátem plerúmque concíliat. Tandem ex contagióne, quæ per omnem vallem serpébat, dum ægrotántibus insérvit, & vita functos própriis húmeris ad sepultúram defert; contrácto morbo, annos natus sex & puinquagínta, quam paulo ante prædíxerat, pretiósam mortem óbiit anno millésimo quingentésimo trigésimo séptimo: quem plúribus in vita, & post mortem miráculis illústrem Benedíctus décimus quartus Beatórum, Clemens, vero décimus tértius Sanctórum Fastis solémniter adscrípsit.

℟. Iste homo perfecit ómnia, quæ locutus est ei Deus, et dixit ad eum: ingredere in requiem meam: *Quia te vidi justum coram me ex ómnibus géntibus.

℣. Iste est qui contempsit vitam mundi, et pervenit ad cœlestia regna. Quia te. Gloria Patri. Quia te.

Digitized by Google

IN III. NOCTURNO.

LECT. SANCTI EVANG. SECUMDUM MATTHÆUM.

Cap. 19, ℣. 13.

Lectio VII.

In illo témpore oblâti sunt ei párvuli, ut manus eis impóneret, & oráret. Et réliqua.

HOMILIA SANCTI JOANNIS CHRYSÓSTOMI.

Homilia 62, *in Matth.*

Cur Discípuli púeros abigébant? Dignitátis causa. Quid ergo ille? ut dóceat illos modéste sápere, fastúmque mundánum conculcáre, & súscipit, & ulnis compléctitur, talibúsque Regnum Cœlórum pollicétur, id quod étiam dixit supérius. Et nos ígitur si vólumus hærédes esse Cœlórum, hanc virtútem cum diligéntia magna sectémur. Hoc est enim philosóphiæ culmen, símplicem esse cum prudéntia. Hæc vita est Angélica. Anima enim puéruli ómnibus ánimi morbis vácua est: non memóriam rétinet injuriárum, sed eas inferéntes adit, ut amícos, ac si nihil factum esset. Et quamvis a matre verbéribus cædátur, eam semper quærit, & ómnibus antepónit.

℟. Iste est, qui ante Deum magnas virtútes operâtus est, et de omni corde suo laudâvit Dóminum: *Ipse intercédat pro peccátis ómnium populórum.

℣. Ecce homo sine queréla, verus Dei cultor, ábstinens se ab omni ópere malo, & pérmanens in innocéntia sua. Ipse intercédat.

Lectio VIII.

Si Regínam ipsi osténdas diadémate ornátam, non præfert eam matri pannis detrítis vestítæ, mallétque illam incúltam vidére, quam Regínam mirífice amíctam. Nam quod suum, quod aliénum est, non ex paupertáte, vel divítiis; sed ex amóre existimáre solet; & nihil plus requírit,

Digitized by Google

quam necessária, atque, ut lacte replétus est, statim a mamma abscédit. Non eísdem, quibus nos, ærûmnis prémitur, nec pecuniárum jactúra rebúsque simílibus; nec iísdem, quibus nos, fluxis rebus lætátur, neque córporum pulchritúdinem mirátur. Ideo dicébat: Tálium est enim Regnum Cœlórum, ut ex propósito voluntátis illa operémur, quæ natúra sua puéri fáciunt.

℟. Sint lumbi vestri præcíncti, & lucérnæ ardéntes in mánibus vestris: *Et vos símiles homínibus expectántibus dóminum suum, quando revertátur a núptiis.

℣. Vigiláte ergo, quia nescítis qua hora Dóminus vester ventúrus sit. Et vos símiles. Glória Patri. Et vos símiles.

Lectio IX.

Quia enim Pharisæi non aliúnde, quam a nequítia, & arrogántia ad agéndum ferebántur, ídeo ubíque Discípulos suos símplices esse jubet, illósque subíndicat, dum hos instítuit. Nihil enim ita supérbiam parit, ut principátus, & primi conséssus. Quóniam ígitur Discípuli per totum terrárum orbem multum honóris consecutúri erant, ipsórum ánimos prævenit, nec sinit eos humánum quid pati, nec honórem a vulgo expétere, vel ante álios sese efférre. Nam etiámsi hæc parva vidéntur esse, at malis ingéntibus causam præbent. Sic enim institúti Pharisæi in malórum culmen ascendérunt, salutatiónes, primos consêssus, & médios requiréntes; huic in ardentem glóriæ cupiditátem, inde vero in impietatem lapsi sunt. Te Deum.

DIE XXI AUGUST.

IN FESTO

S. JOANNÆ FRANCISCÆ FREMIOT DE CHANTAL.

DUPLEX.

Omnia de Comm. nec Virginum, nec Martyrum, præter ea, quæ sequuntur.

ORATIO.

Omnipotens, & misericors Deus, qui beátam Joánnam Francíscam tuo amóre succensam admirábili Spíritus

Digitized by Google

fortitúdine per omnes vitæ sémitas in via perfectiónis donásti; quique per illam illustráre Ecclésiam tuam nova prole voluísti: ejus méritis, & précibus concéde; ut qui infirmitátis nostræ cónscii de tua virtúte confídimus, cœléstis grátiæ auxílio, cuncta nobis adversántia vincámus. Per Dóminum, &c.

IN I NOCTURNO.

Lectiones de Script. ocurr.

IN II. NOCTURNO.

Lectio IV.

Joanna Francísca Fremiót a Chantal Divióne in Burgúndia claríssimis orta natálibus, ab inéunte ætáte exímiæ sanctitátis non obscúras édidit significatiónes. Eam enim vix quinquénnem nóbilem quemdam Calvinístam sólida supra ætátem argumentatióne perstrinxísse ferunt, collatúmque ab eo munúsculum flammis íllico tradidísse in hæc verba: En quómodo hærétici apud ínferos comburéntur, qui loquénti Christo fidem detréctant. Matre orbáta, Deíparæ Vírginis tutélæ se commendávit, & fámulam, quæ ad mundi amórem eam alliciébat, ab se rejécit. Nihil pueríle ih móribus éxprimens, a sæculi delíciis abhórrens martyriúmque anhélans religióni ac pietáti impénse studébat. Baróni de Chantál núptui a patre trádita viriútibus ómnibus excoléndis óperam dedit, líberos, fámulos aliósque sibi subjéctos in fídei doctrína bonísque móribus imbúere sátagens. Profúsa liberalitáte páuperum inópiam sublevábat, annóna divínitus non raro multiplicáta: quo factum est, ut némini se unquam Christi nómine rogánti stipem abnegatúram spopónderit.

℟. Propter veritátem, & mansuetúdinem, & justítiam: *Et dedúcet te mirabíliter déxtera tua.

℣. Spécie tua, & pulchritúdine tua inténde, próspere procéde, & regna. Et dedúcet.

Digitized by Google

Lectio VI.

Viro in venatióne interémpto, perfectióris vitæ consílium íniens, continéntiæ voto se obstrínxit. Viri necem non solum æquo ánimo tulit, sed in públicum indúltæ véniæ testimónium, occisóris fílium e sacro Fonte suscípere sui victrix elégit. Módica família, ténui victu atque vestítu conténta, pretiósas vestes in pios usus convértit. Quicquid a domésticis curis supérerat témporis, précibus, piis lectiónibus, laboríque impendébat. Nunquam addúci pótui, ut álteras núptias, quamvis útiles & honoríficas iníret. Ne autem a propósito castimóniæ observàndæ in pósterum dimoverétur, illíus voto innováto, sanctíssimum Jesu Christi nomen candénti ferro péctori inscúlpsit. Ardéntius in dies charitáte fervéscens páuperes, derelíctos, ægros teterrimísque morbis inféctos ad se adducéndos curábat: eósque non hospítio tantum excipiébat, solabátur, fovébat; verum étiam fórdidas eorúmdem vestes depurgábat, láceras reficiébat, & manántibus fætido pure ulcéribus lábia admovére non exhorrébat.

℟. Dilexísti justítiam, & odísti iniquitátem: *Proptérea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætítiæ.

℣. Propter veritátem, & mansuetúdinem, & justítiam. Proptérea.

Lectio VI.

A Sancto Francísco Salésio, quo spíritus moderatóre usa fuit, divínam voluntátem edócta, próprium paréntem, sócerum, fílium dénique ipsum, quem étiam vocatióni obsisténtem sua e domo egrédiens pédibus calcáre non dubitávit, invícta constántia deséruit, & sacri institúti Visitatiónis sanctæ Maríæ fundaménta jecit. Ejus institúti leges integérrime custodívit; & ádeo paupertátis fuit amans, ut vel necessária sibi deésse gaudéret. Christiánæ vero ánimi dimissiónis, & obediéntiæ, virtútum dénique ómnium perfectíssimum exémplar se præbuit. Altióres in corde suo ascensiónes dispónens, arduíssimo efficiéndi semper id, quod

Digitized by Google

perféctius esse intellígeret, voto se obstrínxit. Dénique sacro Visitatiónis institúto ejus potíssimum ópera longè latéque diffúso, verbo, exémplo, & scriptis étiam divína sapiéntia refértis, ad pietátem & charitátem soróribus excitátis, méritis referta, & Sacraméntis rite suscéptis, Molíni anno millésimo sexcentésimo quadragésimo primo, die décima tértia Decémbris migrávit ad Dóminum ; ejúsque ánimam, occurrénte sancto Francísco Salésio, in cœlos deférri sanctus Vincéntius a Paulo proeul distans aspéxit. Ejus corpus póstea Annésium translátum fuit ; eámque miráculis ante & post óbitum claram Benedíctus décimus quartus Beatórum, Clemens décimus tértius albo Sanctórum adjécit. Festum autem ejúsdem diem duodécimo Kaléndas Septémbris ab univérsa Ecclésia Clemens décimus quartus Póntifex Máximus celebrári præcépit.

℟. Fallax grátia, & vana est pulchitúdo : *Múlier timens Deum ipsa laudábitur.

℣. Date ei de fructu mánuum suárum, & laudent eam in portis ópera ejus. Múlier. Gloria Patri. Múlier.

IN III NOCTURNO.

HOMIL. S. GREGOR. P. IN EVANG.

SIMILE est regnum Cœlórum thesáuro, *&c. ut in Com. non Virgin.*

DIE XXVII AUG.

IN FESTO

S. JOSEPHI CALASANCTII, Confessoris.

DUPLEX.

Omnia de comm. Conf. non Pontif. præter ea quæ sequntur.

In Hymn. Iste Conféssor *mutatur tertius versus.*

ORATIO.

DEUS, qui per sanctum Joséphum Confessórem tuum ad erudiéndam spíritu intelligéntiæ ac pietátis juventútem, novum Ecclésiæ tuæ subsídium providére dignátus

Digitized by Google

es : præsta quæsumus, nos ejus exémplo, & intercessióne ita fácere, & docére, ut præmia consequámur ætérna. Per Dóminum, &c.

IN I NOCTURNO.

Lectiones de Script. occurr.

IN II. NOCTURNO.

Lectio IV.

Joséphus Calasánctius a Matre Dei Petráltæ in Aragónia nóbili génere natus, a téneris annis futúræ in púeros charitátis, & eórum institutiónis indícia præbuit. Nam adhuc párvulus eos ad se convocátos in mystériis Fídei, & sacris précibus erudiébat. Humánis, divinísque lítteris egrégie doctus, cum stúdiis Theológicis Valéntiæ óperam daret, nóbilis potentísque fœminæ illécebris fórtiter superátis, virginitátem, quam Deo vóverat, inoffénsam insígni victória servávit. Sacérdos ex voto factus, a complúribus Epíscopis in Castéllæ Novæ, Aragóniæ, & Cataláuniæ regnis in partem labóris adscítus, expectatiónem ómnium vicit, pravis ubíque móribus emendátis, ecclesiástica disciplina restituta, inimicítiis cruentísque factiónibus miríficé extínctis. At cœlésti visióne, & Dei voce frequénter admónitus Romam profectus est.

℟. Honéstum fecit illum Dóminus, et custodivit eum ab inimicis, et à seductoribus tutavit illum : *Et dedit illi claritatem ætérnam.

℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei. Et dedit....

Lectio V.

In urbe summa vitæ asperitéte, vigíliis & jejúniis corpus afflígens in oratiónibus, & cæléstium rerum contemplatióne dies noctésque versabátur, septem ejúsdem urbis Ecclésias síngulis Sere nóctibus obíre sólitus : quem inde morem complúres annos servávit. Dato piis sodalitátibus nómine, mirum, quanto ardóre páuperes, infírmos potís-

Digitized by Google

simum aut carcéribus deténtos eleemósynis, omníque pietátis officio subleváret. Lue urbem depopulánte, una cum sancto Camillo tanto fuit actus ímpetu charitátis, ut præter subsidia ægrótis paupéribus large collàta, ipsa étiam defunctórum cadávera suis húmeris tumulánda transférret. Verum cum divinitus accepísset, se ad informándos intelligéntiæ ac pietátis spíritu adolescéntulos, præcipue páuperes, destinári, Ordinem Clericórum Regulárium Páuperum Matris Dei Scholárum Piárum fundávit, qui peculiárem curam circa puerórum eruditiónem ex próprio institúto profiterèntur: ipsúmque Ordinem Clemènti octávo, Paulo quinto, aliísque Summis Pontificibus magnópere probátum, brevi témpore per plúrimas Europæ provincias, & regna mirabiliter propagávit. In hoc autem tot labóres perpéssus est, ac tot ærúmnas invicto ánimo tolerávit, ut ómnium voce miráculum fortitúdinis & sancti Jobi exemplum dicerétur.

℟. Amavit eum Dóminus et ornavit eum: stolam glóriæ induit eum. *Et ad portas paradisi coronavit eum.

℣. Induit eum Dóminus loricam fidei, et ornavit eum. Et ad portas....

Lectio VI.

Quamvis Ordini univérso præésset, totísque víribus ad animárum salutem incúmberet, nunquam tamen intermisit pueros, præsertim pauperióres, erudire, quorum scholas vérrere, eosque domum comitari consuévit. In eo summæ patiéntiæ, & humilitátis múnere, valetúdine étiam infirma, duos & quinquaginta annos perseverávit: dignus proptérea, quem crebris Deus miráculis coram discípulis illustráret, & cui beatíssima Virgo cum puero Jesu, illis oántibus benedicente, appareret. Amplíssimis interim dignitátibus repudiatis, prophetia, ábdita cordium & abséntia cognoscéndi donis, & miráculis clarus, Deiparæ Vírginis, quam singulari pietate & ipse ab infántia coluit, & suis máxime commendávit, aliorumque cœlitum frequenti apparitione dignatus, cum obitus sui diem, & Ordinis tunc prope evérsi restitutiónem, atque increméntum prænunciasset; se-

Digitized by Google

cumdum & nonagésimum annum agens, Romæ obdormivit in Dómino octava Kaléndas Septémbris anno millésimo sexcentésimo quadragésimo octavo. Ejus cor, & lingua post sæculum íntegra & incorrúpta reperta sunt. Ipse vero multis post obitum quoque signis a Deo illustrátus, primum a Benedícto décimo quarto Beatórum cultu decoratus fuit, ac deinde a Cleménte décimo tértio inter Sanctos solemniter est relatus.

℟. Iste homo perfecit ómnia, quæ locutus est ei Deus, et dixit ad eum: ingredere in requiem meam: *Quia te vidi justum coram me ex ómnibus géntibus.

℣. Iste est qui contempsit vitam mundi, et pervenit ad cœlestia regna. Quia te. Gloria Patri. Quia te.

IN III. NOCTURNO.

LECT. SANCTI EVANG. SECUMDUM MATTHÆUM.

Lectio VII. *Cap.* 18.

In illo témpore accessérunt Discípuli ad Jesum dicentes: Quis, putas, major est in Regno Cœlórum? Et reliqua.

HOMILIA SANCTI JOANNIS CHRYSÓSTOMI.

In Cap. 18 *Matth. Homilia* 60.

Videte, ne áliquem istórum contempseritis parvulorum, quia eorum Angeli Patris mei faciem semper aspiciunt, & quia ego propter eos veni, & hæc Patris mei volúntas est. Ad tuendos, conservandosque pusillos diligentióres nos reddit. Pérspicis quam ingentia in tutelam tenuium mœnia eréxerit, & quantum stúdium curámque habeat, ne perdantur; tum quia supremas decipientibus eos pœnas státuit, tum quia summan pollicetur mercedem his, qui curam eorum suscipiunt, idque tam suo, quam Patris exemplo corroborat.

℟. Iste est qui ante Deum magnas virtútes operátus

Digitized by Google

ess, et de omni corde suo laudavit Dominum: *Ipse intercedat pro peccátis omnium populórum.

℣. Ecce homo sine queréla, verus Dei cultor, ábstinens se ab ómni ópere malo, et pérmanens in innocéntia sua. Ipse....Intercedat....

Lectio VIII.

Dôminum igitur etiam nos imitemur, & nihil pro frátribus omittámus, etiam eorum, quæ humilia viliaque nimium videntur: sed si administratióne nostra etiam opus fuerit, quamvis tenuis atque abjectus quidem, cui administrandum sit, fuerit; quamvis ardua nobis res atque labóris plena esse videatur, ómnia hæc pro fratris salute tolerabilióra facilióraque, oro, videantur. Tanto enim studio, tantaque cura Deus dignam esse ánimam ostendit, ut neque Fílio suo pepercerit.

℟. Sint lumbi vestri præcinti, et lucernæ ardéntes in mánibus vestris: *Et vos similes hominibus expectántibus dóminum suum quandó revertatur à núptiis.

℣. Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dóminus vester venturus sit. Et vos similes. Gloria Patri. Et vos similes.

Lectio IX.

Si non est nobis satis ad salútem, quod virtuóse ipsi vivamus, sed oportet aliorum salútem re ipsa desiderare; cum neque nos recte vivamus, neque álios hortemur, quid respondébimus? quæ nobis spes salútis reliqua erit? Quid majus, quam ánimis moderari, quam adolescentulórum fíngere mores? Omni certe pictóre, omni certe statuario, cæterisque hujúsmodi ómnibus excellentiórem hunc duco, qui júvenum ánimos fingere non ignóret. Te Deum.

Digitized by Google

DIE XX AUGUSTI.

IN FESTO

S. BERNARDI, Doctor.

In fine 6 lects. addit. Pius vero octavus Pontifex Maximus et Sacrorum Rituum Congregationis concilio Sanctum Bernardum Universalis Ecclesiæ Doctorem declaravit: necnon Missam et officium de Doctoribus ab omnibus recitari jussit: atque Indulgentias Plenarias quotanis in perpetuum Ordinis Cisterciensium visitantibus die hujus Sancti festo concessit. Tu autem, &c.

DIE VI SEPTEMBRIS.

OCTAVA

SANCTÆ ROSÆ LIMENS, Virginis.

DUPLEX

IN I NOCTURNO.

Lects. de Sacr. Script.

IN II NOCTURNO.

De Epist. S. Hieronymi Presbyteri ad Eustochium.

LECTIO IV.

De Virginibus, inquit Apostolus, præceptum Dómini non habeo: Cur? Quia & ipse ut esset virgo non fuit imperii, sed propriæ voluntatis, neque enim audiendi sunt, qui eum uxorem habuisse confingunt, cum de continentia disserens, & suadens perpetuam castitatem intulerit. Volo autem omnes esse, sicut meipsum, & infra: Dico autem innuptis, & viduis: Bonum est illis, si sic permaneant, sicut & ego. Quare ergo non habet Dómini de virginitate præceptum? Quia majoris est mercedis, quod non cogitur, & offertur: quia si fuisset virginitas imperata, nuptiæ videbantur ablatæ: durissimum erat contra naturam cogere, Angelorumque vitam ab hominibus extorquere.

℟. Propter veritatem, &c.

Digitized by Google

Lectio V.

Alia fuit in veteri lege felicitas: ibi dicitur beatus, qui habet semen in Sion, & domesticos in Jerusalem: & maledicta sterilis, quæ non pariebat, &, filii tui sicut novella olivarum in circuitu mensæ tuæ. Vacuus erat orbis, & ut de typicis taceam, sola erat benedictio liberorum. Propterea & Abraham jam senex Ceturæ copulatur, & Jacob mandragoris redimitur, & conclusam vulvam in Ecclesiæ figuram Rachel conqueritur. Paulatim verò increscente segete, messor immissus est. Virgo Elias, Elisæus virgo. Virgines multi filii Prophetarum. Jeremiæ dicitur: & tu ne accipias uxorem. Sanctificatus in utero, captivitate propinqua, uxorem prohibetur accipere. Aliis verbis idipsum Apostolus loquitur. Existimo hoc bonum esse propter instantem necessitatem. Quæ est ista necessitas, quæ aufert gaudia nuptiarum? Tempus breviatum est. In proximo est Nabuchodonosor.

℟. Afferentur regi, &c.

Lectio VI.

Inveniebatur ergo, ut diximus in viris tantum hoc continentiæ bonum, & in doloribus jugiter Eva parturiebat. Postquam verò virgo concepit in utero, & peperit nobis puerum, cujus principatus in humeros ejus, Deum, fortem, patrem futuri sæculi, soluta maledictio est. Mors per Evam, vita per Mariam. Ideoque & diutius virginitatis donum fluxit in fœminas, quia cœpit à fœmina: statim ut Filius Dei ingressus est super terram, novam sibi familiam instituit, ut qui ab Angelis adorabatur in cœlo, haberet Angelos, & in terris. Tunc Holofernis caput Judith continens amputavit. Tunc Aman, qui interpretatur iniquitas, suo combustus est igne. Tunc primùm auditum est: Quæ non est nupta cogitat, quæ sunt Dómini, ut sit sancta corpore, & spíritu.

℟. Dilexisti justitiam, &c.

Digitized by Google

IN III NOCTURNO.

LECT. SANCTI EVANG. SECUMDUM MATTHÆUM.

Lectio VII. *Cap.* 25.

In illo tempore: Dixit Jesus Discipulis suis parabolam hanc: Simile erit regnum cœlorum decem virginibus, quæ accipientes lampades suas, exierunt obviam Sponso, & Sponsæ. Et reliqua.

DE HOMILIA SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI.

Intendat itaque charitas vestra. Sapientium lampades ardebant de oleo æterno, de conscientiæ securitate, de interiori gloria, de intima charitate. Ardebant tamen, & illarum fatuarum. Quare tunc ardebant? Quia non deerant laudes hominum. Posteà verò quàm surrexerunt, id est, in resurrectione à mortuis cœperunt adaptare lampades suas, id est, parare Deo operum suorum reddere rationem. Et quia tunc nemo est qui laudet, omnis homo causæ suæ vacat; non erant, qui oleum venderent, cœperunt deficere lampades.

℟. Hæc est virgo, &c.

Lectio VIII.

Clausum est ostium, & quid illis dictum est? Non novi vos? Non illas novit, qui omnia novit? Quid ergo est, non novi vos? Improbo vos: reprobo vos: in arte mea non vos agnosco: ars mea nescit vitia. Hoc est autem magnum, & nescit vitia, & judicat vitia: nescit faciendo, judicat arguendo. Sic ergo non novi vos: jerunt, intraverunt quinque prudentes. Sint in vobis quinque prudentes, ad istam prudentiam quinarii numeri pertinentes. Veniet enim hora, & quando nescimus, veniet. Sic clausit Evangelium: Vigilate, quia nescitis diem, neque horam.

℟. Media nocte, &c.

Digitized by Google

Lectio IX.

Corde vigila, fide vigila, spe vigila: charitate vigila, operibus vigila: & quando corpore dormieris, veniet tempus, ut surgas: cum autem surrexeris, præpara lampades; tunc non extinguantur, tunc in interiori conscientiæ oleo vegetentur: tunc sponsus ille incorporeis nexibus amplectatur, tunc te introducat in domum, ubi nunquam dormias, ubi nunquam possit tua lampas extingui. Hodiè verò laboramus, & lampades nostræ inter ventos sæculi hujus, tentationesque fluctuant: sed ardeat in robore flamma nostra, ut ventus tentationis augeat ignem potius, quàm extinguat. Te Deum laudamus.

DIE XVIII SEPTEMBRIS.

IN FESTO

S. JOSEPHI A CUPERTINO, Confessoris.

DUPLEX

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis præter ea quæ sequuntur.

In Hymn. Iste Confessor *mutatur tertius versus.*

In primis Vesperis. Ad Magnif. Aña.

Mortuus sum, & vita mea est abscóndita cum Christo in Deo.

Oratio.

Deus, qui ad Unigénitum Filium tuum exaltatum a terra ómnia trahere disposuisti: pérfice propitius; ut méritis & exemplo Seráphici Confessóris tui Joséphi supra terrenas omnes cupiditates elevati, ad eum pervenire mereamur. Qui tecum vivit, & regnat, &c.

IN I NOCTURNO.

De Epístola secúnda beáti Pauli Apóstoli ad Corinthios.

Digitized by Google

Lectio I. *Cap.* 4. ℣. 6.

Deus, qui dixit de ténebris lucem splendescere, ipse illuxit in córdibus nostris, ad illuminatiónem sciéntiæ claritátis Dei, in fácie Christi Jesu. Habémus autem thesáurum istum in vasis fictílibus: ut sublímitas sit virtutis Dei, & non ex nobis. In ómnibus tribulatiónem pátimur, sed non angustiámur: aporiámur, sed non destituimur: persecutiónem patimur, sed non derelinquimur: dejicimur, sed non perimus: semper mortificationem Jesu in córpore nostro circumferentes, ut & vita Jesu manifestetur in corpóribus nostris. Semper enim nos, qui vívimus, in mortem trádimur propter Jesum: ut & vita Jesu manifestétur in carne nostra mortáli.

℟. Euge serve bone, & fidelis, quia in pauca fuísti fidelis, supra multa te constituam: *Intra in gaudium Dómini tui.

℣. Dómine quinque talénta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum. Intra in gáudium.

Lectio II. *Cap.* 5, ℣. 1.

Scimus enim, quóniam si terréstris domus nostra hujus habitatiónis dissolvátur, quod ædificatiónem ex Deo habemus, domum non manufáctam, æternam in cœlis. Nam & in hoc ingemíscimus, habitatiónem nostram, quæ de cœlo est, superindui cupiéntes: si tamen vestiti, non nudi inveniámur. Nam & qui sumus in hoc tabernáculo, ingemíscimus graváti; eo quod nólumus exspoliári, sed supervestiri; ut absorbeátur, quod mortále est, a vita. Qui autem éfficit nos in hoc ipsum, Deus, qui dedit nobis pignus spíritus. Audiéntes igitur semper, sciéntes, quóniam dum sumus in córpore, peregrinámur a Dómino: (per fidem enim ambulámus, & non per spéciem.) Audémus autem, & bonam voluntátem habemus magis peregrinári a córpore, & præséntes esse ad Dóminum.

℟. Justus germinábit sicut lilium: *Et florébit in ætérnum ante Dóminum.

Digitized by Google

℣. Plantátus in domo Dómini in átriis domûs Dei nostri. Et florébit.

Lectio III. *Cap.* 12. ℣. 1.

Si gloriári opórtet (non éxpedit quidem) véniam autem ad visiónes & revelationes Dómini. Scio hóminem in Christo ante annos quatuórdecim (sive in córpore, sive extra corpus, nésoio, Deus scit) raptum hujúsmodi usque ad tértium cœlum. Et scio hujúsmodi hóminem, (sive in córpore, sive extra corpus, néscio, Deus scit) quóniam raptus est in paradisum, & audivit arcána verba, quæ non licet hómini loqui. Pro hujúsmodi gloriábor: pro me autem nihil gloriábor, nisi in infirmitátibus meis. Nam & si voluero gloriari, non ero insipiens: veritátem autem dicam: parco autem, ne quis me existimet supra id, quod videt in me, aut áliquid audit ex me. Et ne magnitúdo revelatiónum extollat me, datus est mihi stímulus carnis meæ ángelus sátanæ, qui me colaphizet. Propter quod ter Dóminum rogavi, ut discéderet a me: & dixit mihi: Súfficit tibi grátia mea; nam virtus in infirmitáte perficitur. Libénter ígitur gloriábor in infirmitátibus meis, ut inhábitet in me virtus Christi.

℟. Iste cognóvit justitiam, & vidit mirabilia magna, & exorávit Altíssimum: *Et invéntus est in número sanctórum.

℣. Iste est qui contémpsit vitam mundi, et pervenit ad cœléstia regna. Et invéntus. Gloria Patri. Et invéntus.

IN II. NOCTURNO.

Lectio IV.

Joséphus a Cupertino, óppido in Salentínis Diœcésis Neritonénsis, anno reparátæ salútis millésimo sexcentésimo tértio, piis ibídem paréntibus ortus, Deique amóre prævéntus, pueritiam atque adolescéntiam summa cum simplicitáte morûmque innocéntia transégit. A diuturno molestóque morbo patientíssime toleráto Deiparæ Vírginis ope

Digitized by Google

liberátus, se totum pietátis opéribus ac excoléndis virtútibus dedit: utque Deo ad majóra vocánti se intímius conjúngeret, Ordini Seráphico nomen dare constituit. Post vários evéntus voti tandem compos factus, apud Minóres Conventuáles in cœnóbio Cryptulæ, inter laicos primum ob litterárum imperitiam, deinde inter cléricos Divína dispositióne connumerátus est. Sacerdótio post soléinnia vota initiátus, perféctius sibi vitæ institútum propósuit. Quamóbrem mundánis quibuscúmque affféctibus, terrenísque rebus pene ad vitam necessáriis íllico a se abdicátis, cilíciis, flagellis, caténis, omni demum asperitátum ac pœnárum génere corpus afflixit; spíritum vero sanctæ oratiónis, altíssimæque contemplatiónis assiduitáte dúlciter enutrivit. Hinc factum est, ut Cháritas Dei, quæ jam erat in ejus corde a prima ætáte diffúsa, miro planéque singulári modo in dies coruscáverit.

℟. Honéstum fecit illum Dóminus, et custodivit eum ab inimicis, et à seductoribus tutavit illum: *Et dedit illi claritatem ætérnam.

℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei. Et dedit....

Lectio V.

Elúxit præcípue ardentíssima ejus cháritas in ecstásibus ad Deum suavíssimis stupendísque ráptibus, quibus frequénter afficiebátur. Mirum autem, quod alienáto a sénsibus ánimo statim ab écstasi eum revocábat sola obediéntia. Hanc quippe virtútem eximio stúdio prosequebátur, dícere sólitus, se ab ea véluti cæcum circumdúci, & mori pótius velle, quam non obedire. Paupertátem vero Seráphici Patriárchæ ita æmulátus est, ut morti próximus Prælato suo assérere vere potúerit, se nihil habére, quod more Religiosórum resignáret. Itaque mundo sibíque mórtuus, vitam Jesu manifestábat in carne sua: quæ dum in alíquibus ex turpitúdine obscœnum flagitium sentiebat, prodigiósum de se efflábat odórem, indicium nitidíssimæ illius puritátis, quam, immúndo spíritu vehementíssimis tentatió-

Digitized by Google

nibus frustra obnubiláre diu conánte, servavit illæsam, tum arcta sénsuum custódia, tum jugi córporis maceratióne, tum dénique speciáli protectióne purís imæ Vírginis Maríæ, quam Matrem suam appelláre consuévit, ac véluti matrem dulcíssimam íntimo cordis affóctu venerabátur, eámque ab áliis venerári exoptábat, ut cum ejúsdem patrocinio, sicut ipse ajébat, ómnia bona consequeréntur.

℟. Amavit eum Dóminus, et ornavit eum: stolam gloriæ induit eum, *Et ad portas paradisi coronavit eum.

℣. Induit eum Dóminus lorîcam fidei, et ornavit eum. Et ad portas.

Lectio VI.

HÆC beáti Joséphi sollicitúdo a sua erga próximos charitáte prodibat: tanto enim animárum zelo exardébat, ut ómnium salutem modis ómnibus instantíssime procuráret. Exténdens páriter charitátem suam in próximum sive páuperem, sive infirmum, sive quacúmque alia tribulatióne vexátum, quantum in ipso erat, illum recreábat. Nec aliéni erant ab ejus charitáte, qui objurgatiónibus, probris, omnisque géneris injúriis ipsum appéterent; nam eádem patiéntia, mansuetúdine vultúsque hilaritáte tália excipiébat, qua tot inter ac tantas vicissitúdines respléndet, dum vel moderatórum Ordinis, vel sacræ Inquisitiónis jussu hac illac errare versarique coáctus est. Quamquam vero pópuli non solum, sed viri príncipes eximiam ejus sanctitátem, & supérna charísmata admiraréntur; ea nihilóminus erat humilitate, ut magnum se peccátórem réputans, Deum enixe deprecarétur, ut sua ab eo illústria dona removéret; homines vero exoráret, ut in eum locum mórtuum ejus corpus injícerent, ubi memoria sui esset prorsus obliteráta. At Deus, qui ponit húmiles in sublime, quique servum suum, dum víveret, cœlésti sapiéntia, prophetía, córdium perscrutatióne, curatiónum grátia, cæterísque donis cumulatíssime exornáverat, ejus quoque mortem iis, quibus ipse ántea prædíxerat, loco, ac témpore, anno ætátis suæ sexagésimo primo, Auxími in Picéno pretiósam réddidit, sepulchrúmque

Digitized by Google

gloriósum. Illum dénique étiam post óbitum miráculis coruscántem Benedíctus quartus décimus Beatórum, Clemens tértius décimus Sanctórum Fastis adscrípsit; ejus autem Officium & Missam Clemens quartus décimus ejúsdem Ordinis ad univérsam Ecclésiam exténdit.

℟. Iste homo perfecit ómnia, quæ locutus est ei Deus, et dixit ad eum: ingredere in requiem meam: *Quia te vidi justum coram me ex ómnibus géntibus.

℣. Iste est qui contempsit vitam mundi, et pervenit ad cœlestia regna. Quia te. Gloria Patri. Quia te.

IN III. NOCTURNO.

LECT. SANCTI EVANG. SECUNDUM MATTHÆUM.

Lectio VII. *Cap.* 22.

In illo témpore loquebátur Jesus Princípibus Sacerdótum, & Pharisæis in parábolis dicens: Símile factum est Regnum Cœlórum hómini Regi, qui fecit núptias fílio suo. Et réliqua.

HOMILIA SANCTI GREGORII PAPÆ.

Lib. 2, *Homiliar. Homil.* 38, *circa med.*

Quia jam, largiénte Dómino, nuptiárum domum, id est sanctam Ecclésiam, intrástis, solérter, Fratres, aspícite, ne áliquid de mentis vestræ hábitu Rex ingrédiens reprehéndat. Cum magno enim cordis timóre pensándum est, quod prótinus súbditur: Intrávit autem Rex, ut vidéret discumbéntes, & vidit ibi hóminem non vestitum veste nuptiáli. Quid, fratres charíssimi, éxprimi per nuptiálem vestem putámus? Si enim vestem nuptiálem baptísma, vel fidem dícimus, quis sine baptísmate, & fide has núptias intravit? Eo enim ipso foris est, qui nécdum crédidit. Quid ergo debémus intellígere nuptiálem vestem, nisi charitátem? Intrat enim ad núptias, sed cum nuptiáli veste non intrat, qui in sancta Ecclésia assístens fidem habet, sed charitátem non habet. Recte enim cháritas, nuptiális vestis vocátur;

Digitized by Google

quia hanc in se Cónditor noster hábuit, dum ad socíándæ sibi Ecclésiæ núptias venit.

℟. Iste est, qui ante Deum magnas virtútes operâtus est, et de omni corde suo laudâvit Dóminum: *Ipse intercédat pro peccátis ómnium populórum.

℣. Ecce homo sine queréla, verus Dei cultor, ábstinens se ab omni ópere malo, & pérmanens in innocéntia sua. Ipse intercédat.

Lectio VIII.

Sola quippe dilectióne Dei actum est, ut ejus Unigénitus mentes sibi electórum hóminum uniret. Unde & Joánnes dicit: Sic enim diléxit Deus mundum, ut Filium suum unigénitum daret pro nobis. Qui ergo per charitátem venit ad hómines, eámdem charitátem innótuit vestem esse nuptiálem. Omnis ergo vestrum, qui in Ecclésia pósitus Deo crédidit, jam ad núptias intrávit: sed cum nuptiáli veste non venit, si charitátis grátiam non custódit. Et certe, Fratres, si quis ad carnáles núptias esset invitátus, vestem mutáret; congaudére se sponso & sponsæ ex ipso sui hábitus decóre osténderet; inter gaudéntes & festa celebrántes despéctis véstibus apparére erubésceret. Nos ad Dei núptias venimus, & cordis vestem mutáre dissimulámus. Congáudent Angeli, cum ad cœlum assumúntur elécti. Qua ergo mente hæc spirituália festa conspícimus, qui nuptiálem vestem, id est, charitatem, quæ sola nos speciósos éxhibet, non habémus?

℟. Sint lumbi vestri præcíncti, & lucérnæ ardéntes in mánibus vestris: *Et vos símiles homínibus expectántibus dóminum suum, quando revertátur a núptiis.

℣. Vigiláte ergo, quia nescítis qua hora Dóminus vester ventúrus sit. Et vos símiles. Glória Patri. Et vos símiles.

Lectio IX.

Sciendum vero est, quia sicut in duóbus lignis, superióre vidélicet, & inferióre vestis téxitur; ita in duóbus

Digitized by Google

præcéptis cháritas habétur, in dilectióne scílicet Dei, & próximi. Scríptum quippe est: Díliges Dóminum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota ánima tua, & ex tota virtúte tua, & próximum tuum sicut teipsum. Qua in re notándum est, quia in dilectióne próximi mensura amóris ponitur, cum dícitur: Díliges próximum tuum sicut teipsum: Dei autem dilectio nulla mensura constringitur, cum dícitur: Díliges Dóminum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota ánima tua, & ex tota virtute tua. Non enim jubétur, quisque quantum díligat, sed ex quanto, cum dícitur, ex toto: quia ille veráciter Deum díligit, qui sibi de se nihil relínquit. Duo ergo necesse est ut charitátis præcépta custódiat, quisquis habére in núptiis vestem nuptiálem curat. Te Deum.

Ad Benedictus, *Añа.*

Osténdit mihi (Dóminus) fluvium aquæ vivæ spléndidum tanquam crystállum procedéntem de sede Dei, & Agni.

In Secundis Vesperis.
Ad Magnificat, *Añа.*

Exístimo ómnia detriméntum esse propter eminentem sciéntiam Jesu Christi Dómini mei.

DIE XXVIII SEPTEMBRIS.

IN FESTO

B. SIMONIS DE ROXAS.

DUPLEX.

Ex Concessione Santissimi Dómini nostri Clementis Papæ XIV Die 24 Februarii, 1770.

Omnia de comm. Conf. non Pontif. præter sequentia.

ORATIO.

Deus, cujus charitas in corde Beati Simonis diffusa, eximio in Sanctissimam Filii tui Genitricem cultu, &

Digitized by Google

assiduis misericordiæ operibus enituit; illius intercessione concede, ut eodem charitatis fervore succensi, & Beatæ Mariæ Virginis tutela protecti, tuam misericordiam consequamur. Per eumdem Dóminum &c.

IN I NOCTURNO.

Lects. de Script. ocurrente.

IN II. NOCTURNO.

Lectio IV.

Vallis-Oleti in Urbe Castellæ veteris natus est Simon Parentibus piis æque ac nobilibus. Ab ejus ortu statim licuit videre quoddam futuræ Sanctitatis indicium. Puer namque infans ubi balbutire cæpit, prima fere auditus est hæc verba proferre, AVE MARIA: quod ut audientibus mirum accidit, ita argumento fuit, eximium olim Divinæ Matris cultorem, clientemque fore, Præsagium affirmavit eventus. Magna illi vel adolescentulo pietas, mira in capessendis exequendisque Religionis officiis alacritas, ác diligentia; studium verò colendæ Virginis tantum, ut jam tum eas Angelicæ Salutationis voces, in quas primum solverat linguam, sibi maximè familiares redderet, & tertio quoque verbo usurparet. Elucebat præsertim amor erga pauperes plane admirabilis, ut ipso eorum aspectu commoveretur, nec continere se posset, quin cibos illis clam sibi detractos, & ipsa interdum indumenta tribueret. Talis cum esset adolescens, jamque multum in litteris profecisset, incensus sanctioris vitæ desiderio, Christi Crucem inter Fratres Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum in eadem Civitate amplexus est. Tu autem Dómine, &c.

Lectio V.

Tyrocinii, ac studiorum spatiis cum laude confectis, vitam deinceps reliquam Fratribus vel docendis, vel gubernandis impendit. Magister proinde appellatus, & cum pluribus Provinciæ Castellanæ Cœnobiis, tum toti de-

Digitized by Google

mum Provinciæ Rector impositus. Suis porrò ita præfuit, ut morum inter eos gravitatem, sanctitatemque ad legum normam, atque optima quæque studia proveheret; paternum alioqui exercens imperium, neque tàm potestate, quàm exemplo, singulos ad officium impellens. Quæ dum agit domi, nihil interea minus Proximorum saluti prospiciebat foris, idque tum Divini Verbi, tum sacrarum confessionum ministerio, artibusque aliis charitatis, quibus naviter insistens, incredibile dictu est, quàm multos à vitiis ad frugem, vel etiam ad perfectionem christianæ vitæ perduxerit. Præter hæc famelicos Mendicorum greges quotidie ab insita misericordia cogebat, pascebatque largè omnia subministrante Providentia cœlesti, cujus sæpè beneficio insperatam accipiebat annonam. Eorum præcipuam sumebat curam, qui inter barbaros Mahometanos catenis onusti degunt, hisque redimendis ampla pecuniarum subsidia corrogabat. At sibimetipsi vacabat in primis, studebatque, ut fieret in dies sanctior. Ob id spiritum oratione asidua, rerumque cœlestium meditatione excolebat, corpus cilicio, flagris, cibi, potusque parcitate dirum in modum excruciabat. Tu autem Dómine, &c.

Lectio VI.

Philipo III Regi, ejusque conjugi Margaritæ apprimè charus ob sanctimoniæ opinionem fuit. Datus Regiis liberis adolescentiæ Institutor, in manus gessit egregiè, sed oblatas à Rege Dignitates constantissimè repulit. Isabelæ Reginæ à confessionibus, eoque nómine magno apud Aulicos honore habitus: Nosocomia tamen, carceresque vinctorum frequentare, ægrotis vocantibus diu noctuque præsto esse, ægenis alimenta dividere, calamitosis omnibus opitulari perrexit usque ad extremum, ut vulgò Pater pauperum vocitaretur. Multas vitiorum pestes è Populo sustulit, & augendo B. Virginis cultui assidue intentus, cum alia multa perfecit, tum celeberrimam sodalitatem, quam vocant ab AVE MARIA, Matriti instituit, ac latè propagandam curavit. Ejusdem cura & industria Sanctissimum Mariæ no-

Digitized by Google

men inter Trinitarios Officio proprio celebrari cœptum est. Illum vicissim Virgo Beatissima multis, maximisque ornavit beneficiis, inter quæ illud à Deo impetrasse fertur, ut multas post pugnas, omnis tandem in eo qui victor semper evaserat, pravæ libidinis sensus extinctus maneret. Dono tandem prophetiæ, curationum gratia, miraculisque pluribus clarus, qua prorsus prænunciaverat die, subita vi morbi oppressus accubuit, annos natus duos supra septuaginta. Elatus est funere honorificentissimo eundemque illi honorem per dies continenter duodecim præcipui Civitatis Ordines præstitere. Cùm verò crebri ad ejus sepulchrum concursus fierent, & novis subinde miraculis Ven. Viri fama inclaresceret, illum CLEMENS XIII, Beatorum fastis adscripsit. Tu autem Dómine, &c.

IN III NOCTURNO.

Evangel. Nolite timere, &c. *de Comm. Confes. Non Pontif. 2 loco.*

Missa. Justus, &c. *de eod. Comm. cum oratione propria, ut supra.*

DIE XIV OCTOBRIS.

IN FESTO

S. CALLISTI PAPÆ ET MARTYRIS.

DUPLEX MIN.

Omnia de Cñi unius Mart. præter ea, quæ hic apponuntur.

ORATIO.

Deus, qui nos conspicis ex nostra infirmitate deficere, ad amorem tuum nos misericorditer per Sanctorum tuorum exempla restaura. Per Dóminum.

IN I NOCTURNO.

Lectiones de Script. ocurr.

Digitized by Google

IN II NOCTURNO.

Lectio IV.

Callistus Romanus præfuit Ecclesiæ Antonino Eliogabalo Imperatore constituit quatuor anni Tempora: quibus jejunium ex Apostolica traditione acceptum ab ómnibus servaretur. Ædificavit Basilicam Stæ. Mariæ Transtiberim, et in via Appia vetus Cœmeterium ampliavit, in quo multi Sancti Sacerdotes, et Martires sepulti sunt, unde ab eo Callisti Cœmeterium appellatur.

℟. Honestum fecit illum Dóminus, et custodivit eum ab inimicis, et à seductóribus tutavit illum: *Et dedit illi claritátem ætérnam.

℣. Descenditque eum illo in foveum: et in vinculis non dereliquit eum. *Et dedit.

Lectio V.

Ejusdem pietatis fuit, quod beati Calepodii Presbyteri, et Martyris Corpus jactatum in Tiberim conquiri diligenter curavit, et inventum honorificé sepellivit: Palmatium Consulari, Simplicium Senatoria dignitate illustres, Felicem, et Blandam, qui deinde omnes martyrium subiere cum baptismo lustrasset; missus est in cárcerem, ubi Privatum militem ulceribus plenum admirabilitér sanitati restitutum Christo adjunxit: pro quo idem recens adhuc á fide suscepta plumbatis usque ad mortem cæsus occubuit.

℟. Desiderium animæ ejus tribuisti ei Dómine: *Et voluntate labiorum ejus non fraudasti eum.

℣. Quoniam prævenisti eum in benedictiónibus dulcedinis: posuisti in in capite ejus coronam de lapide precioso. *Et voluntate.

Lectio VI.

Sedit Callistus annos quinque, mensem unum, dies duodecim; Ordinatiónibus quinque mense Decembri, creavit Presbiteros sexdecim, Diaconos quatuor, Episcopos octo. Post longam famem, crebrasque verberationes præ-

Digitized by Google

ceps jactus in puteum, atque ita martyrio coronatus sub Alexandro Imperatore, illatus est in Cœmeterium Calepodii via Aurelia, tertio ab Urbe lapide pridie Idus Octobris. Ejus postmodum corpus in Basilicam Sanctæ Mariæ Transtiberim ab ipso edificatam delatum, sub ara majori, maxima veneratione colitur.

℟. Stola jucunditatis induit cum Dóminus: *Et coronam pulchritudinis posuit super caput ejus.

℣. Cibavit illum Dóminus pane vitæ, et intellectus, et aqua sapientiæ salutaris potavit illum. *Et coronam.

IN III. NOCTURNO.

Ut in Brev. in hac die.

SS. D. N. Pius VII Pontif. Max. libentér annuit pro gratia, ac Officium S. Callisti in toto Orbe Catholico à ritu semi dp. ad ritum dupl. minor. elevavit, illudque cum suprascriptis lectionibus 2 Noct. propriis, quibus utitur Sacras. Eccles. Lateran. in posterum recitandum esse præcepit. Die 2 Septemb. 1808.

DIE XXI OCTOBRIS.

OFFICIUM SS. VIRGINUM ET MARTYRUM URSULÆ,

ET SOCIARUM EJUS,

DUPLEX.

PRO TOTA AMERICA.

Ex Conces. SS. D. N. Innoc. Pap. XIII, pro Civitate, & Diœcesi Mexicana, necnon & pro univeroo regno Americano, ac Insulis ipsi adjacentibus, die 22 Julii 1723.

Omnia de Commmuni Virginum, & Martyrum, præter sequèntia.

In utrisque Vesperis, & Laudibus.

Antiph. Prudentes Virgines aptate vestras lampades: Ecce Sponsus venit: exîte obviam ei.

Digitized by Google

℣. Adducentur Regi Vírgines post eam.
℟. Proximæ ejus afferentur tibi.

ORATIO.

DA nobis, quæsumus Dómine Deus noster, sanctarum Virginum, & Martyrum tuarum Ursulæ, & Sociarum ejus palmas incessabili devotione venerari; ut quas digna mente non possumus celebrare, humilibus saltem frequentemus obsequiis. Per Dóminum nostrum.

Deinde fit Commemoratio S. Hilarionis Abbatis.

Antiph. Similabo eum viro sapienti, qui edificavit domum suam supra petram.
℣. Amavit eum Dóminus et ornavit eum.
℟. Stolam glóriæ induit eum.

ORATIO.

INTERCESSIO nos, quæsumus Dómine B. Hilarionis Abbatis commendet: ut quod nostris meritis non valemus, ejus patrocinio assequamur. Per Dóminum nostrum.

IN I NOCTURNO.

Lectiones de Script. occurr.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

GRATIANO Imperatore, Flavius Clemens Maximus, Romani exercitus in Britannia Dux, arrepta tyrannide, Imperator à militibus acclamatur. Inde copias in Galias transmittens, ab infensis Gratiano Legionibus exceptus, Imperium sibi corroborat. Cumque Armoricorum uberem regionem, ejectis antiquis habitatoribus, Britannicis militibus, quos secum duxerat, divisisset, quo novas colonias propagaret in posteros, Connani Britannici reguli (quem Britannorum Ducem habebat in exercitu) consilio, missa Legatione in Britanniam, singulis militibus novis Colonis singulas virgines conjugio fœderandas postulat.

Digitized by Google

℟. Propter veritátem, & mansuetúdinem, & justítiam: *Et dedúcet te mirabíliter déxtera tua.

℣. Spécie tua, & pulchritúdine tua inténde, próspere procéde, & regna. Et dedúcet.

Lectio V.

Haud visa Britanniæ reguli absurda petitio: unde in gratiam novi Imperatoris, & quod filias suas nonnisi gentilibus suis, iisque donatis nova Provincia præ divitibus honestissimè collocandas scirent, pro numero militum totidem delectæ sunt virgines: omnes numero undecim mille, quarum Princeps erat Ursula, Dinoci Cornubiæ Regis filia, desponsata Connano Duci Britannorum militum in exercitu Maximi. Cunctæ igitur Londini collectæ; impositæ sunt invitæ navigiis solventes nautæ dum Armoricorum regionem cogitant, à sæva procella in Germanicum littus dejiciuntur.

℟. Dilexísti justítiam, & odísti iniquitátem: *Proptérea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætítiæ.

℣. Propter veritátem, & mansuetúdinem, & justítiam. Proptérea.

Lectio VI.

Contigit adesse tunc ibi Hunnorum copias, quas à Gratiano Imperatore adversus Maximum evocatas ferunt. Nacti igitur Barbari præclarum illud Virginum agmen, impotenti libidinis æstu furentes, in eas irruunt. Sed cum hortante Ursula, mortem potius appetere, quàm Virginei pudoris jacturam pati, invito animi vigore decrevissent; Hunni in rabiem immanitatis conversi, ad unam omnes trucidant. Sicque Ursula, super comitum suarum velut cœlestium margaritarum pretiosum acervum, gloriosa victima procumbens, purpura pro Christo fusi sanguinis decorata, triumphatorem tot virginum exercitum, geminis nempè virginitatis, & martyrii laureis insignem ducens, cœlum victrix intravit. Quarum corpora Colonienses summo honore condiderunt: earumque illustrem agonem Christianus orbis, florenti semper memoria celebrat.

Digitized by Google

℟. Afferentur regi Virgines post eam, proximæ ejus: *Afferentur tibi in lætitia, & exultatione.

℣. Specie tua, & pulchritudine tua intende, prospère procede, & regna. Afferentur. Gloria Patri. Afferentur.

IN III NOCTURNO.

LECT. DE HOMILIA S. GREGORII P. IN EVANG.

Simile erit Regnum Cœlorum decem Virginibus.

BENEDIC. VIII.

Quarum festum colimus, ipsæ intercedant, &c.

DIE XIII NOVEMBRIS.

OFFICIUM

SANCTI STANISLAI KOSTKÆ, Confessoris.

Omnia de comm. Conf. non Pontif. præter ea quæ hic habentur.

In Hymn. Iste Confessor: *mutatur tertius versus: dicitur;* Meruit supremos laudis honores.

ORATIO.

DEUS qui inter cætera Sapientiæ tuæ miracula, etiam in tenera ætate maturæ Sanctitatis gratiam contulisti; dá quæsumus ut Beati Stanislai exemplo, tempus instánter operando redimentes in æternam ingredi requiem festinemus. Per Dòminum nostrum, &c.

IN I NOCTURNO.

Lectiones de Libro Sapientiæ: *Justus si morte:* ut in Communi Confessoris non Pont.

IN II. NOCTURNO.

LECTIO IV.

STANISLAUS, Senatoria Kostkarum gente ortus in Polonia, quam olim esset militiam secuturus nomen Jesu præ-

Digitized by Google

nuntiavit, parituræ Matris gremio divinitus inscriptum. Virginitatem adhuc puer ita coluit, ut paterna in mensa, si quid minus pudicè dictum audisset, præ horrore exanimis corrueret. Ad Viennense in Austria seminarium studiorum causa missus, non minus exemplo sodalibus, quam venerationi fuit. Coactus inde in Lutherani Hospitis Œdes migrare, ibique à Paulo fratre in liberiorem vitam omni etiam asperitatum genere incitatus; domesticum bellum toto triennio constantissime substinuit; ad æterna se non ad caduca natum affirmans. Itaque unicum illi erant rerum cælestium desiderium, perpetua cum Deo consuetudo, cultus Deiparæ adeo tener, ut Matrem suavissime apellaret. Tu autem, &c.

℟. Honéstum fecit illum Dóminus, et custodivit eum ab inimicis, et à seductoribus tutavit illum: *Et dedit illi claritatem ætérnam.

℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei. Et dedit &c.

Lectio V.

Quotidianæ fratris vexationi, crebra ipse jejunia, flagella aliosque insontis corpusculi cruciatus adjiciens, lethalem in morbum incidit. Quo ingravescente, cum Dæmonem horrendi canis specie insilientem signo Crucis ter fugasset, sacrum Viaticum, quod in hæretica domo decumbens frustra ab hominibus petebat, ab Angelis accepit. Mox ad Pueri Jesu complexum à Beatissima Jesu Matre comiter admissus, ac Societatis jussus nomen dare, subito convaluit. Sed cum aditum ad illam Patris timor in Germania præcluderet; peregrini habitu solus pedes-mendicus fugam arripuit, certus non sistere nisi voti compos fiat. Iter non uno Dei beneficio prosperum fuit. Nam præter alia, profugum fratrem jam assequentis, equi, immisso divinitus torpore, constiterunt. Et Stanislaus Angelorum pane iterum Angelico ministerio refectus post duodecim centena passuum millia, tandem Romæ in Societatem Jesu Sancto

Digitized by Google

Francisco Borgia Generali Præposito meruit cooptari. Tu autem, &c.

℟. Amavit eum Dóminus, et ornavit eum: stolam gloriæ induit eum, *Et ad portas paradisi coronavit eum.

℣. Induit eum Dóminus lorîcam fidei, et ornavit eum. Et ad portas, &c.

Lectio VI.

Tironis emeriti Virtutes, in religiosæ Vitæ palestra splendidius eluxere. Charitas præsertim erga Deum, in quem assiduè, alienata sensibus mente, rapiebatur. Inde illi facies accensa, nonnunquam irradians; perennes lacrymæ; ardor pectoris tantus, ut media quoque hyeme foret ingesta identidem gelida temperandus. Itaque amore verius quam febri æstuans die Assumptæ in Cœlum Virgini sacro ad ejus triumphalem pompam propriùs, ut optaverat, spectandam ab ipsa Beatarum Virginum Choro stipata vocatus est ex Quirinali Domo probationis, anno innocentis vitæ 18, operum plenior quam dierum. Multis post obitum miraculis in sua præsertim Polonia enituit, cujus armis contra formidabiles Turcarum exercitus spectabilis è Cœlo affuit non semel, et civitates alias peste, alias incendio liberavit. Quamobrem Clemens X, eum inter primarios totius Regni Patronos constituit. Benedictus vero XIII, (quod a Clemente XI, jam pridem fuerat decretum) in Sanctorum numerum retulit. Tu autem &c.

℟. Iste homo perfecit ómnia quæ locutus est ei Deus, et dixit ad eum: Ingrédere in réquiem meam: *Quia te vidi justum coram me ex ómnibus géntibus.

℣. Iste est qui contémpsit vitam mundi, et pervenit ad cœléstia regna. Quia te. Gloria Patri. Quia te.

IN III. NOCTURNO.

Lectio VII.

LECT. SANCTI EVANG. SECUNDUM MATTHÆUM.

In illo tempore oblati sunt Jesu parvuli, ut manus eis imponeret. Et reliqua.

Digitized by Google

HOMILIA SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI.

In Psalm. 118.

Quid parvulus nisi humilis? Hæc sunt mirabilia testimonia tua, Dómine, quæ scrutata est anima parvuli hujus, et ideo invenit quia humiliatus est. Quis enim facit mandata tua sicut facienda sunt? id est ex fide quæ per dilectionem Dei operatur, nisi ejus in corde per Spiritum Sanctum ipsa dilectio difundatur? Hoc etiam iste parvulus confitetur. Os meum, inquit, aperui et attraxi spiritum, quia mandata tua desiderabam. Quid desiderabat nisi facere mandata divina? Sed non erat unde faceret infirmus fortia et parvulus magna. Aperuit os confitens, quod per se ipse non faceret, et attraxit unde faceret. Tu autem Dómine, &c.

℟. Iste est qui ante Deum magnas virtútes operátus est, et de omni corde suo laudavit Dominum: *Ipse intercedat pro peccátis omnium populórum.

℣. Ecce homo sine queréla, verus Dei cultor, ábstinens se ab ómni ópere malo, et pérmanens in innocéntia sua. Ipse. Intercedat, &c.

Lectio VIII.

Junior sum ego, inquit, et contemptus: justificationes tuas non sum oblitus. Non sicut inimici mei qui obliti sunt verborum tuorum. Videtur autem minor ætate non oblitus justificationes Dei dolere pro inimicis suis ætate majoribus qui obliti sunt? Sed contemptum se dicit hic junior: ideo factus est major: quia innobilia et contemptibilia Mundi eligit Deus, et ea quæ non sunt tanquam sint, ut ea quæ sunt evacuentur. Et ecce sunt novissimi primi, et primi qui erant novissimi. Tu autem Dómine &c.

℟. Sint lumbi vestri præcinti, et lucernæ ardéntes in mánibus vestris: *Et vos similes hominibus expectántibus dóminum suum quandó revertatur à núptiis.

℣. Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dóminus vester vénturus sit. Et vos. Gloria Patri. Et vos.

Digitized by Google

Lectio IX.

Iste autem junior non est oblitus, quia non suam voluit habere justitiam, sed Dei, de qua etiam nunc dicit: Justitia tua, Justitia in æternum. Propter hanc passus est persecutionem junior à majore, ut diceret junior quod sequitur: Tribulatio et necessitas invenerunt me; mandata tua meditatio mea est. Sæviant, persequantur; dum tamen mandata Dei non relinquantur, et ex ipsis mandatis etiam qui sæviunt diligantur. Intellectum da mihi et vivam. Intellectum poscit iste junior, quem si non haberet, non super juniores intelligeret. Sed eum poscit in tribulatione et necessitate, quo intelligat, quam sit contemnendum quod ei possunt auferre persequentes inimici, à quibus se dicit esse contemptum: Tu autem Dómine, &c.

Te Deum laudamus.

DIE XXIII DECEMBRIS.

IN FESTO

B. NICOLAI FACTOR, Confessoris.

DUPLEX

Omnia de comm. Conf. non Pontif. exceptis iis, quæ hic sunt propria.

ORATIO.

Deus, qui Beátum Nicolaum Confessorem tuum ineffabili charitatis tuæ igne succensum te puro corde sectari fecisti; da nobis famulis tuis, ut eodem spiritu repleti, et charitate ferventes viam mandatorum tuorum inoffenso pede curramus. Per Dóminum.

IN I NOCTURNO.

Lects. de Sacr. Script.

IN II NOCTURNO.

Lectio IV.

Nicolaus Valentiæ Edetanorum piis parentibus ortus ab ineunte ætate præclara futuræ sanctitatis edidit do-

Digitized by Google

cumenta. Quinque enim annos natus ter singulis hebdomadis jejunabat pane tantúm et aqua contentus; obsonia sibi parata alácritér paúperibus elargiebatur; atque egenorum, et leprosorum manibus, tibiisque sánie licét manantibus, pia oscula dabat; quibus sané aliisque christianæ perfectionis exemplis fámula domús Maura commota mahumeticam ejuravit superstitionem. Adolecens ægrotos in nosocomiis crebró invisebat, propriis ipse manibus illis inserviebat; omnique studio nobiles Viros, ac Matronas Civitatis ad id operis alliciebat. Quæ et alia miranda pietatis, et charitatis ópera, in quibus mirificé enituit, ad mortem usque nunquam dimisit. Mundi, suique contemptor pecuniæ summam ei ad connubium oblatum strenué recusavit: ac parentum blandimentis ipsum in matrimonium collocare adnitentium invicta constántia réstitit. Exindé de regulari aliquo instituto amplectendo sério cogitare cæpit. Itaque Observantiæ S. Francisci nomen dare decernens, ad Cænobium S. Mariæ à Jesu Valentiæ clanculúm secessit, ibique non tám precibus, quám lacrymis à Superiore habitum obtinuit. Tyrocinio exacto, profesionem emisit; Sacrisque Ordinibus initiatus, Verbi Dei prædicátione totum sededit.

℟. Honestum fecit illum Dóminus, et custodivit eum ab inimicis, et à seductóribus tutavit illum: *Et dedit illi claritátem ætérnam.

℣. Justum deduxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei. Et....

Lectio V.

Elucebât in eo summa vitæ innocentia, cómitas, verecundia: ob quas egregias animi dotes, difficile dictu est, quot ad meliorem frugem traduxerit, quotque é vitiorum cæno ad viam salutis revocaverit. Ad hæc priusquam in concionem ascenderet, ter flagris se cædere consuevit. Diris subindé ciliciis, flagellis, ac jejuniis corpus suum continue macerabat, nullique unquam pepercit afflictationi ad pravas affectiones cohibendas. Nudis semper pedibus in-

Digitized by Google

cessit: cogente veró morbo, subjecta obtectus solea, ac simplici contentus tunica. Noctes sæpé insomnes traduxit: ac pro eo, quo erga Jesu-Christi Passionem æstuabat amore, binos integros annos ad Crucifixi pedes excubasse, memoria est proditum. Vultus ejus, etsi pœnitentia attritus, singulari tamen Dei gratia végetus semper, et venustus apparuit. Obedientia, paupertate, et pudicitia emicuit; nitidamque conscientiam suam, quam nulla mortali labe unquam fædasse perhibetur, non modo sartam tectam servavit, sed dœmonem étiam specie mulieris formosæ indignis modis ad eam labefactandam turpiter ei insidiantem, vimque facientem vicit, ac profligavit. Tyrones, quibus præfuit, verbo atque exemplo ad perfectionem evehere sédulo curavit. Truculentis, desperatisque hominibus necem sibimetipsis suspendio inferre conantibus, superno lumine afflatus præstó adstitit, é mortis limine, faucibus que dœmonis liberavit, et ad criminis confessionem adduxit. Sanctis Ludovico Bertrando, et Paschali Báylon, aliisque viris doctrina, et sanctitate conspicuis fuit acceptissimus, et ab iisdem ob vitæ sanctimoniam summis laudibus celebratus.

℟. Amàvit eum Dóminus, et ornàvit eum: stolam glóriæ índuit eum: *Et ad portas paradisi coronávit eum.

℣. Induit eum Dóminus lorícam fidei, et ornavit eum. Et ad portas.

Lectio VI.

A Johanna Austriaca Philipi secundi sorore Matritum accitus, Excalceatarum Monialium, quas vocant Regalium, Confessarii munus laudabiliter obivit. Orationi, et meditationi jugiter addictus, non semel à terra elevatus visus fuisse dicitur, ac frequentes ádeó éxtases passus, ut interdum viginti quatuor horas in raptu deprehensus, diuque, noctuque passim, et ubique locorum ejusmodi deliciis perfrueretur, facie ut plurimum inflammata, luce ex ea irradiante, et urentibus étiam carnibus. Idque frequentiús ei contingebat in meditandis Sacris Fidei Misteriis: potissimúm veró oriebatur ex ferventíssimo amore, quo erga Sa-

Digitized by Google

cratissimam Eucharistiam flagrabat: quare aliquando inter Eucharisticum Panem distribuendum non solum miris extasibus extra se rapi, verúm et Sacras Formas ad digitos suos saltare raro quidem prodigio observatum perhibetur. Singulari in Deum amore ac in Virginem Matrem pietate effulsit, plurimisque supernis Charismatibus fuit exornatus. Meritis tandem et laboribus plenus in morbum incidit: ac satis memorando humilitatis exemplo, in stabulo humari, semel iterumque efflagitavit: próximique óbitus accepto nuncio hilari animo in ills verba prorupit: *Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi.* Sacramentis item Ecclesiæ rité munitus placidissimé obiit Valentiæ extra Mænia in Conventu Jesu. Defuncti cadaver flexile, végetum, ac suavem spirans odorem novem dies, ut fidelium concursus fieret satis, insepultum remansit. Triennio post exhumatum, integrum ad huc fuit inventum, ac Philipo II Hispaniarum Regi conspiciendum exhibitum fuit. Postremó Dei servum miraculis étiam clarum Pius VI Pontifex Máximus solemni ritu Beatorum fastis adscripsit.

℟. Iste homo perfecit ómnia, quæ locutus est ei Deus, et dixit ad eum: ingredere in requiem meam: *Quia te vidi justum coram me ex ómnibus géntibus.

℣. Iste est qui contempsit vitam mundi, et pervenit ad cœlestia regna. Quia te. Gloria Patri. Quia....

IN III NOCTURNO.

Homilia in Evang. *Sint lumbi vestri.* de comm. Conf. non Pontif.

DIE XIV MAII.

IN FESTO

Ss. SABINI ET BONIFACII Mm. Patronum minor. Civit. Bonaerens.

DUPLEX MAJUS.

Omnia de communi Mm. Temp. Paschali præter sequentia.

ORATIO.

Deus, qui nos concedis sanctorum mártyrum tuorum

Digitized by Google

Sabini et Bonifacii natalitia cólere: da nobis in æterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per Dóminum.

IN I NOCTURNO.

Lects. *Debitores.* cum ℟℟. de Tempore Pasch.

IN II. NOCTURNO.

Lectio IV.

Bonifacius, civis Romanus, quod cum Aglaë nóbili matróna impúdicé versatus esset, tanto illius intemperantiæ dolore captus est, ut pœnitentiæ causa se ad conquirénda, et sepelienda mártyrum córpora contúlerit. Itaquè relictis peregrinationis sóciis, cum Tarsi multos propter christianæ fidei professionem váriis tormentis cruciatos vidisset, illorum vincula osculatus, eos veheméntèr hortabatur, ut constánter supplicia perferrent, quód brevem labórem sempitérna réquies consecuta sit. Comprehénsus igitur, férreis úngulis excarnificatus est: cui étiám inter mánuum ungues, et carnem acúti cálami sunt infixi, plúmbumque liquefáctum in os ejus infusum. Quibus in cruciátibus ea vox tantúm Bonifácii audiebatur: Gratias tibi ago, Dómine Jesu Christe, Fili Dei.

℟. Lux perpétua lucebit sanctis tuis Dómine: *Et æternitas temporum, allelúya, allelúya.

℣. Lætitia sempitérna erit super cápita eorum, gáudium et exultationem obtinébunt. Et ætérnitas....

Lectio V.

Mox in ollam fervéntis picis demisso cápite conjectus est: undé cùm inviolatus exisset, ira incensus judex, eum secúri pércuti jubet. Quo tempore magnus terræmotus factus est, ita ut multi infideles ad Christi Dómini fidem converterentur. Eum sequenti die quæréntes sócii, cum martyrio afféctum cognovissent, quingéntis sólidis ejus corpus redemérunt; et conditum unguéntis, linteisque involutum, Romam portándum curárunt. Quod factum cum ab

Digitized by Google

Angelo Aglaë matrona, quæ et ipsa pœnitens se piis operibus addixerat, cognovisset, pródiens óbviám sancto córpori, Ecclesiam ejus nómine ædificâvit, in qua corpus sepúltum est nonis junii, cúm ejus ánima pridié idus maii apud Tarsum Ciliciæ urbem migasset in cœlum, Diocletiáno, et Maximiáno Imperatoribus.

℟. In servis suis, Allelúya: *Consolábitur Deus, allelúya.

℣. Judicabit Dóminus pópulum suum, et in servis suis. Consolabitur....

Lectio VI.

SERMO SANCTI AMBROSII EPISCOPI.

Sermone 22.

Dignum et cóngruum est fratres, ut post lætitiam Paschæ, quam in Ecclésia celebrávimus, gáudia nostra cum sanctis martyribus conferâmus: et ijs annuntiemus Dominicæ resurrectionis gloriam, qui consórtes sunt Dominicæ passionis. Qui enim sócii sunt contumeliæ debent et participes esse lætitiæ. Ita enim dicit beatus Apóstolus: Sicut sócii passionum estis, et resurrectionis éritis: si tolerábimus, inquit, et conregnábimus. Qui ergo toleraverunt mala propter Christum, debent et glóriam habere cum Christo.

℟. Filiæ Jerusalem venite et videte martyres cum coronis, quibus coronavit eos Dóminus, *In die solemnitatis et lætitiæ, allelúya.

℣. Quóniám confortavit seras portarum tuarum, benedixit filios tuos in te. In die. Gloria Patri. In die.

IN III NOCTURNO.

Homilia in Evang. *Ego sum vitis vos palmites.* de 2do. loco. Missa. *Sancti tui.*

Digitized by Google

PRO ECCLESIA CATHEDRALI AC CIVITATE BONAERENSI.

DIE XVIII NOVEMBRIS.

OCTAVA

S. MARTINI, Ep. et Conf.

DUPLEX.

Omnia ut in die festi præter sequentia.

LECTS. I NOCTURNO.

De Sacr. Script.

LECTIO IV.

DE SERMONE S. BERNARDI ABBATIS, ET DOCT.

DÓMINE, si adhuc populo tuo sum necessarius non recusso laborem, fiat voluntas tua. ¡O veré sanctissimam animam! ¡O inestimabilem charitatem! ¡O obedientiam singularem! Bonum certamen certasti ó Beate Martine, cursum consumasti, fidem servasti: de reliquo superest tibi corona justitiæ, quam reddet tibi Dóminus hodié justus Judex, et adhuc dicis: non recusso laborem, fiat voluntas tua? Obtulisti plané Isaac, unicum illud quem diligis, quod in te est, jugulasti: immolasti singulare gaudium tuum pia devotione, paratus reddire, iterum in pericula, innovare certamina, denuó subire laborem, sustinere tribulationem; deindé differri adhuc ab illa tanta felicitate, et diú desiderata societate Spirituum Beatorum atque in hujus mortalitatis erumna ab ipso introitu gloriæ revocari; postremo (quod maximum est) à Christo tuo peregrinari diutiús, si modo ipse voluisset. Nec sané dubium quin ampliorem gratiam mereatur, qui paratum se exhibet etiam ante mandatum, quam qui obedire satagit post mandatum. ¡Magna quidem obedientia vestra Angeli sancti! Sed quid dicere audeam pace vestra nescio, an inveniatur in vobis quisquam in tale aliquando ministerium mitti in quo necessé habeat non videre faciem Patris. Magnum est, Petre, quod Dóminum secuturus omnia reliquisti: sed audivit te in

Digitized by Google

monte dicentem, ubi transfiguratus est coram vobis: Dómine bonum est nos hic esse, faciamus hic tria tabernacula. Non est hoc: si adhuc populo tuo sum necessarius, non recusso laborem.

℟. Oculis ac manibus, &c.

Lectio V.

Paratum cor tuum, Martine, paratum cor tuum, sive manere in corpore, sive dissolvi et esse cum Christo. Et magna quidem in horrenda morte securitas, magna in vissione Christi desideranda, et tam ferventer ac singulariter desideranda perfectio reperitur; sed id quidem longé amplius per omnem modum, quod qui mori non metuis, imó qui tanto desiderio presentiam Dómini concupiscis, vivere quoque non renuis, et expectatione molestissima fatigari in quo enim alio non obedire potuerat, qui in hoc tanto articulo tam devoté clamabat: fiat voluntas tua.

R. Beatus Martinus. &c.

Lectio VI.

Hæc ergo pari nostra sit, Fratres, in convivio hodierno hanc nobis obedientiam in mensa pauperis imó jam divitis hujus apposita diligentér consideremus, scientes quoniam ipsa est, quæ à nobis exigitur, ipsa quam opportet nos præparare, ut singuli quique dicamur, quia paratus sum, et non turbatus, ut custodiam mandata tua. Nec modo semel aut in parte: sed paratum cor meum, paratum ad utrumque, et in nullo tuam præscribens dispositionem. Forté hoc cupio et specialiter, et vehementer, sed ne quidem illud recusso, sicut fuerit voluntas in Cœlo, sic fiat: desidero requiem, sed non recusso laborem: fiat voluntas tua.

R. Dixerunt discipuli. &c.

Digitized by Google

IN III. NOCTURNO.

Lectio VII.

LECT. SANCTI EVANG. SECUMDUM LUCAM.

Cap. 11.

In illo Témpore: Dixit Jesus Discipulis suis: Nemo lucérnam accéndit, et in abscóndito ponit, neque sub módio, sed supra caudelábrum, ut qui ingrediuntur, lumen videant. Et reliqua.

HOMILIA SANCTI JOANNIS CHRYSÓSTOMI.

In Matth. Homilia 21 *circa medium.*

Lucérna córporis tui est óculus tuus. Quod óculus córpori, hoc intéllectus est animæ. Ut enim nequâquam optes auro ornári, veste sérica conspici, si sit oculis tibi carendum, sed horum proculdúbió sanitatem desiderabiliôrem rebus ómnibus judicáres: quæ si tibi certé depéreat, nihil te jam tota vita deléctat: quanto magis pro oculis debes mentis efficere? Sicut enim postquam corporálium oculorum lumen extinctum est, ómnia jam membra in miseria versántur, ac tenebris, itá étiam mente cæcata innúmeris prorsús malis hóminum vita cumulatur.

R. O beâtum virum &c.

Lectio VIII.

Quemadmodum igitur in córpore hoc máximè providemus, ut óculos habeâmus incólumes; sic étiam in ánima intelléctus conservêmus salûtem. Si veró cæcâmus istum, quo aliis quoque debemus lumen infferre, undé jam ipsi potérimus aspicere? Sicut enim qui caput ipsum fontis obstruxit, totum simul exiccâvit et flúvium: sic étiam qui óculum mentis ténebris obdúxit, omnes quoque vitæ istius actus una confusione cæcavit. Propter quod ait: Si lumen, quod in te est, ténebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ erunt?

R. Martinus Abrahæ sinu &c.

Digitized by Google

Lectio IX.

Quando enim lucérna extinguitur, quando gubernâtor mérgitur, quando dux ipse cápitur, quæ tandem obediéntibus supérerit spes salutis? Proptéreá nunc quidem omisit dicere eas quæ divitiis tendúntur insidias lites vidélicet ac pugnas: sed ponens his ómnibus sæviora, et quæ absque dúbio semper áccidunt, à maligna concupiscéntia liberat audiéntes. Etenim multó horribiliús est mentem huic ægritudini mancipare, quam cárceris squalôre macerári. Dedit enim nobis intelléctum Deus, ut ignorántiam fugêmus é méntibus, ut rectum teneâmus justúmque judicium.

Te Deum láudamus.

Pro Civitate Montevideo.

DIE VIII MAII.

OCTAVA

Ss. Ap. PHILIPI et JACOBI, Patronum Princip. Civit.

DUPLEX.

Omnia de Commmuni Apostolorum, præter sequent.

Oratio.

Deus, qui nos ánnua Apostolorum tuorum Philipi et Jacobi solemnitate lætificas; præsta quæsumus; ut quorum gaudemus méritis, instuamur exemplis. Per Dóminum.

IN I NOCTURNO.

Lects. de Sacr. Script.

IN II NOCTURNO.

Lectio IV.

SERMO SANCTI JOANNIS CHRYSÓSTOMI.

In Encom. SS. 12 Apost. apud Metaph. initio.

Duódecim electi sunt athlêtæ, et nullus eorum mansit non coronatus: una enim gratia erat ómnibus sócia certaminis, et cum eis concurrebat, et unius cujusque victoriam

Digitized by Google

reddebat magis probatam. Sed ô beatum et præclarum vestrum ò Apostoli, cœtum, quod ómnia facti estis ómnibus, Dei gratia; non arúndine, sed sermone greges hóminum perité capientes. Vos enim estis immobiles columnæ rectæ fidei, petra Ecclesiæ, Regni sceptra, et hujus máximi gregis vígiles defensores, morbi humanitatis gratuiti medici, et nostræ ad Deum pœnitentiæ susceptores misericordes.

℟. Lux perpetua lucebit sanctis tuis Dómine; *Et æternitas témporum, alleluya, alleluya.

℣. Lætitia sempiterna erit super cápita eorum: gaudium et exultationem obtinebunt. Et....

Lectio V.

Cum enim essetis veluti quædam animatæ incudes, dum verberaremini, eos qui verberabant, fabricáti estis ad agnitionem. Hinc Petrus Romam áccipit in disciplinam, Paulus illinc mundo anúntiat Evangelium, Andreas córrigit Græciæ Sapientes, Simon Bárbaros Deum docet, Thomas baptismate deálbat Ætiopes; Jacobi Cathedram honorat Judæa, Marci Thronum, quæ est ad Nilum, complectitur Alexandria; Lucas et Matthæus seribunt Evangelia; Joannes, qui vel post finem ádhúc tractat Theologiam, tamquam vivus curat Ephesum: Bartholomæus érudit Lycaónas ad témperantiam; Philipus fáciens mirácula servat Hierápolim.

℟. Virtute magna reddebant Apostoli; *Testimonium resurrectionis Jesu-Christi Dómini nostri, alleluya, alleluya.

℣. Repleti quidem Spiritu Sancto loquebantur cum fiducia verbum Dei. Testimonium....

Lectio VI.

Non cessant omnes ómnibus ubique benefacere. Púlverem immortalem reliquerunt in sepúlchris, nunc quidem pii cultores, pauló post autem sedentes mundi Júdices. Cum hinc appropinquásset claudus, revérsus est sanis et integris pedibus. Cum in illum incidisset paralyticus,

Digitized by Google

jussus est ferre grabatum. Alius vocabat mortuos, illi veró ei statim obtemperárunt· Altérius autem umbra sola fugabat morbos. Altérius invocationem exhorrébant dœmones, et eorum sudária distillábant medicinam: erant enim discipuli illius, cújus fimbria furto surrepta, contactu ejus, quæ sanguinis laborabat profluvio, exsiccavit rubrum mare sanguinis.

R. Isti sunt agni novelli, qui annuntiaverunt, alleluya, modo venérunt ad fontes; *Repléti sunt claritate, alleluya, alleluya.

V. In conspectu Agni amicti sunt stolis albis, et palmæ in manibus eorum. Repléti sunt. Gloria Patri. Repléti....

IN III. NOCTURNO.

Lectio VII.

LECT. SANCTI EVANG. SECUMDUM JOANNEM.

Cap. 14.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Non turbétur cor vestrum. Creditis in Deum, et in me credite. In domo Patris mei mansiones multæ sunt. Et reliqua.

HOMILIA SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI.

Tract. 70 *in Joánnem.*

Philipus unus ex Apostolis, quid audierit non intelligens, Dómine, inquit, ostende nobis Patrem, et sufficit nobis. Cui Dóminus, tanto, inquit, tempore vobiscum sum, et non cognovistime? Philipe qui videt me, videt et Patrem meum. Ecce increpat, quód tanto tempore cum ipsis erat, et non cognoscebatur. Nónné ipse dixerat: Et quó ego vado scitis, et viam scitis: et se nescire dicéntes, eos hoc scire convicerat, addéndo, atque dicendo: Ego sum via, véritas et vita? Quómodó nunc dicit: Et non cognovistis me, cum profécto, et quó iret, et viam scirent, non ob aliud nisi quod ipsum útique scirent?

Digitized by Google

℟. Ego sum vitis vera, et vos palmites: *Qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum multum, alleluya, alleluya.

℣. Sicut dilexit me Pater, et ego diléxit vos. Qui manet....

Lectio VIII.

Sed fácile ista solvitur quæstio, si dicamus, quod eum áliqui eorum sciebant, áliqui nesciebant: atque in hisqui nesciebant, et Philipus erat. Sed ideó magister discipulum arguebat, quóniám cor postulantis videbat. Tamquam enim mélior esset Pater, quam Filius, ita Philipus Patrem nosse cupiebat: et ideó nec Filium sciebat, quo mélius esse áliquid credebat. Ad hunc sensum corrigendum dictum est: Qui videt me videt et Patrem. Quómodò tu dicis, ostende nobis Patrem? Video, quómodó tu dicas. Non álterum quæris vidére similem, sed illum putas esse meliorem. Non credis, quia ego in Patre, et Pater in me est? Cur in similibus distantiam cupis cernere? Cur inseparábile separâtim desideras nosse?

℟. Candidi facti sunt Nazaræi ejus, alleluya, splendorem Deo dederunt, alleluya: *Et sicut lac coaguláti sunt, alleluya, alleluya.

℣. Candidiores nive, nitidiores lacte, rubicundiores ébore ántiquo, sapphiro pulchriores. Et sicut. Gloria Patri. Et sicut.

Lectio IX. *Tractatu 72.*

Qui credit in me, ópera quæ ego facio, et ipse faciet, et majora horum faciet. Quid est hoc? Qui faceret ópera quæ Christus fecit, non inveniebamus; qui etiam majora faciet, inventuri sumus? Dénique et hic id quod de hac re póterat nos movere, mox ábstulit. Cum enim dixisset: Majora horum faciet: continuó secutus adjunxit: Quia ego ad Patrem vado; et quæcumque petiéritis in nomine meo, hæc faciam. Qui dixerat, faciet; post ait, faciam. Non enim póterit esse major me, qui credit in me:

Digitized by Google

sed ego facturus sum, et tunc majora per eum, qui credit in me, quám præter eum per me; ego tamen ipse præter eum, ego ipse per eum. Sed quando præter eum, non faciet ipse; quando autem per eum, quamvis non per semetipsum, faciet et ipse. Porró autem majora fácere per eum, quam præter eum, non est defectio, sed dignatio.

Te Deum laudamus.

Antiph. ad laudes et per horas sicut in die festi.

PRO CIVITATE SANTA FEE.

DIE XVI AUGUSTI.

IN FESTO

S. ROCHI, Confessoris.

DUPLEX MAJUS.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis præter sequentia.

ORATIO.

Deus, qui beáto Rocho, per Angelum tuum, tábulam eidem afferéntem promisisti; ut qui ipsum invocáverit, à nullo pestis cruciátu læderétur: præsta quæsumus; ut qui ejus solémnia celebrámus, ipsius méritis, et précibus à mortifera peste corporis et animæ liberémur. Per Dóminum.

IN I NOCTURNO.

Lécts. *Justus si morte:* de eodem comm. primo loc.

IN II. NOCTURNO.

ROCHUS in Monte Pessuláno natus, quanta in próximum charitáte flagraret, tum máxime osténdit, cum sævissima peste longe, latéque per Itáliam grassánte, pátriam relictam, Itálicam peregrinatiónem suscépit, urbésque, et óppida peragrans seipsum in ægrotántium obséquim impéndere, animàmque suam pro frátribus pónere non dubitávit. Quod beàti viri stúdium, quam gratum Deo fúerit, miris sanatiónibus declarátum est. Complúres enim pestiléntia in-

Digitized by Google

féctos é mortis periculo signo crucis eripuit, et integræ sanitáti restituit. In pátriam revérsus, virtútibus, et méritis dives sanctissimé óbiit, ejusque óbitum statim subsecúta est venerátio Fidélium, quæ in Constantiénsi deindé Concilio magnum recepisse dicitur increméntum, cum ad propulsándam ingruéntem luem Rochi imágo solémni pompa, omni comitante pópulo per eámdem Civitátem, Episcopis approbántibus, est deláta. Itaque ejus cultus mirificé propagátus est in univérso terrárum Orbe, qui eúmdem sibi apud Deum advérsus contagiósam luem Patrónum religióso studio adoptávit. Quibus accuráte perpénsis, Urbànus Octávus Póntifex Máximus, ut ejus dies festus iis in locis, in quibus forent Ecclésiæ, Sancti Rochi nominé Deo dicátæ, officio Ecclesiástico celebrarétur indúlsit.

℟. Honéstum fecit illum Dóminus, et custodivit eum ab inimicis, et à seductoribus tutavit illum: *Et dedit illi claritatem ætérnam.

℣. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei. Et....

EX TRACTATU S. AUGUSTINI EPISCOPI IN EPISTOLAM S. JOANNIS.

Tract. 5 in cap. 3.

LECTIO V.

PERFECTA ista cháritas est, ut paratus sis mori pro fratre. Hanc ipse Dóminus in exhibuit mórtuus pro ómnibus, orans pro eis à quibus crucifigebátur et dicens: Pater, ignósce illis, quia nésciunt, quid fáciunt: sed si solus hoc fecit, non erat Magister, si discipnlos non habebat. Si quis tántam habúerit charitátem, ut parátus sit pro frátribus étiam mori, perfécta est in illo cháritas; sed númquid mox, ut náscitur, jam prorsus perfécta est? Ut perficiátur, náscitur: cum fúerit nata, nutrítur: cum fúerit nutrita, corroborátur; cum fúerit corroboráta, perficitur: cum ad perfectiónem vénerit, quid dicit? Mihi vivere Christus est, et mori lucrum: Optábam dissolvi, et esse cum Christo; multo enim

Digitized by Google

magis óptimum manére in carne necessarium propter vos. Propter vos volébat vivere, pro quibus parátus erat mori.

℟. Amàvit eum Dóminus, et ornàvit eum: stolam glóriæ índuit eum: *Et ad portas paradisi coronávit eum.

℣. Induit eum Dóminus lorícam fidei, et ornavit eum. Et ad portas....

Lectio VI.

HÆC est perféctio charitátis, et major omnino non potest inveniri: sed quia non in ómnibus perfécta est, et desperáre non debet, in quo perfécta non est, si jam nata est, quæ perficiatur, et útique, si nata est, nutrienda est, et quibúsdam suis nutriméntis ad perfectiónem pròpriam perducénda. Quæsivimus inchoatiónem charitátis, unde incipiat, et ibi continuo invénimus. Si quis habet facultátes mundi, et viderit fratrem suum egéntem, et cláuserit viscera sua advérsus eum, quómodo diléctio Patris manet in illo? Ergo hic incipit ista cháritas, fratres, ut de suis superflúis tribuat egénti in angústiis aliquibus constitúto, ex eo, quod sibi abúndat, secundum tempus à tribulatióne temporáli liberet fratrem, hinc exórdium est charitátis. Hanc itaque cæptam, si verbo Dei, et spe futúræ vitæ nutrieris, pervénies ad illam perfectiónem, ut parátus sis ánimam tuam pónere pro frátribus tuis.

℟. Iste homo perfecit ómnia quæ locutus est ei Deus, et dixit ad eum: Ingrédere in réquiem meam: *Quia te vidi justum coram me ex ómnibus géntibus.

℣. Iste est qui contémpsit vitam mundi, et pervenit ad cœléstia regna. Quia te. Gloria Patri. Quia te.

IN III NOCTURNO.

Homilia in Evang. *Sint lumbi vestri.* De eodem comm. prim. loc.

Digitized by Google

PRO CIVITATE SANTA FEE.

DIE VII OCTOBRIS.

OCTAVA

S. HYERONIMI C. Dr. et Patron. Princip.

DUPLEX.

Omnia sicut in die præter ea quæ hic sunt propria.

IN I NOCTURNO.

Lects. de Sacr. Script.

IN II NOCTURNO.

SERMO SANTI AUGUSTINI EPISCOPI.

Ex Epist. 152 *Tom.* 2.

LECTIO IV.

SOLICITISSIMÉ cavendum est in docéndo supérbiæ vitium, quod in discéndo non ita est. Unde Sancta Scriptura nos ádmonet dicens: Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquéndum, et ille in Psalmo ait: Auditui meo dabis gáudium et lætitiam; continuôque subjêcit: Exultábunt ossa humiliâta: vidit enim in audiéndo facillimé servâri humilitatem, quæ difficilis est in docéndo: quóniàm necéssé est, ut doctor hábeat superiôrem locum, ubi laboriôsum est obtinêre ne subrêpat elátio.

℟. Honestum fecit illum Dóminus, et custodivit eum ab inimicis, et à seductóribus tutavit illum: *Et dedit illi claritátem ætérnam.

℣. Justum deduxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei. Et....

LECTIO V.

In Psalm. 129.

ECCE enim, fratres mei, dico charitáti vestræ: lóquimur nos modo ad vos, ut áliquid doceâmus vos, quantó méliús, si omnes scirêmus, et nemo docêret álterum, ut non esset álius lóquens, álius áudiens, sed ómnes audiéntes

Digitized by Google

unum illum, cui dicitur: Auditui meo dabis gáudium et lætitiam. Unde et ille Joánnes non tam gaudêbat quia prædicâbat, et quia loquebâtur; sed gaudêbat quia audiêbat. Ait enim: Amicus autem sponsi stat, et audit eum, et gáudio gaudet propter vocem sponsi. Itaque ibi unusquisque probet se, non ut loquâtur, sed ut de álio locutiônis officium éxigat. Gáudium autem tacitûrnitâtis intus in voluntâte hábeat vocem doctrinæ in necessitate.

℟. Amavit eum Dóminus, et ornavit eum: stolam gloriæ induit eum, *Et ad portas paradisi coronavit eum.

℣. Induit eum lorîcam fidei, et ornavit eum. Et ad portas....

Lectio VI.

De Bapt. contra Donat. cap. 5.

Et plerúmque doctióribus minus áliquid revelâtur, ut eôrum pátiens et humilis cháritas, in qua fructus major est, comprôbetur: vel quómodó téneant unitâtem, cùm in rebus obscurióribus divérsa sèntiunt: vel quómodó accipiant veritatem, cùm contra id, quod sentiebant, declaratum esse cognóscunt. Quorum duorum maniféstum tenêmus unum in beáto Cypriáno: id est, quómodó tenùerit unitâtem cum eis à quibus divérsum sentiêbat. Hómines enim sumus: unde àliquid àliter sápere quàm se res habet, humâna tentátio est. Nimis aútem amàndo senténtiam suam, vel invidéndo melióribus usque ad sacrilégium pervênire, diabólica præsúmptio est: in nullo autem áliter sápere quám resse habet, Angelica perféctio est.

℟. Iste homo perfecit ómnia, quæ locutus est ei Deus, et dixit ad eum: ingredere in requiem meam: *Quia te vidi justum coram me ex ómnibus géntibus.

℣. Iste est qui contempsit vitam mundi, et pervenit ad cœlestia regna. Quia te vidi. Gloria Patri. Quia....

Digitized by Google

IN III. NOCTURNO.
LECT. SANCTI EVANG. SECUNDUM MATTHÆUM.

Lectio VII. *Cap.* 5.

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Vos estis sal terræ : Quód si sal evanúerit, in quo saliêtur ? Et reliqua.

HOMILIA SANCTI JOANNIS CHRYSÓSTOMI.

Et Homilia 15 *in Matth.*

Lucéat lux vestra, hoc est, plúrima in vobis sit virtus, ac máximé ingens illius accendatur ignis, et ineffábile omninó lumen effúlgeat. Quando autem tam magna virtus fúerit et clara, latére non póterit, ètiám si mille illam contégere velit modis ille, qui póssidet. Benè autem ait, Lumen : nihil est, quod sic hóminem fáciat insignem atque conspicuum, etiám si magno ámbitu optet latêre, ut splendor iste virtûtis. Sicut enim ipso sole circúmdatus, ita ùtique clarus effúlget, nec in terram solúmmodó rutilâtus própriæ virtûtis emittit, sed supra ipsum étiám cœlum próprio fulgôre radiâbit.

℟. Iste est, qui ante Deum magnas virtútes operâtus est, et de omni corde suo laudâvit Dóminum : *Ipse intercédat pro peccátis ómnium populórum.

℣. Ecce homo sine queréla, verus Dei cultor, ábstinens se ab omni ópere malo, & pérmanens in innocéntia sua. Ipse....

Lectio VIII.

Hinc itaque illos ubériús consolatur. Et si, inquit, maledicta in vos audiéntes dolêtis : hâbetis tamen plúrimos, quos ad amôrem atque admiratiônem Dei vestro adducatis exémplo. Tunc enim multi erunt omninó mirantes, non útique vos tantúm, sed per vos étiám Patrem vestrum Nec dixit, Deum, sed Patrem ; conférendæ illis nobilitatis prærogativam hoc jam nómine largiéndo. Considera, quan-

Digitized by Google

tum istiúsmodi sit cómmodum, quantum ètiám discrimen. Si enim vitiis sordeâmus, ètiam si nobis nullus obtréctet, érimus ómnibus miserióres. Si veró virtútibus splendêre curêmus, vel si totus mundus contra nos maledictis volúerit personâre, érimus ómnium beatissimi, atque ad nos trahêmus omnes, qui venire elégerint ad salutem. Omni quidem tuba documènta sunt óperum clariôra, vitaque munda, ipsa est luce fulgéntior.

